24655-, 2 Bd.
G 14 T.

[illegible]

PEREGRINI
IN
PATRIA
ERRORES.

Pſal. 119.

Erro velut ovis perdita, quære me ſervum tuum, qui tuorum præceptorum memoriam non depoſui.



UTOPIÆ.

M. DC. XVIII.


Opinio
Ingenium
Tempus
Terra
AntiChriſtus
Numa
Philoſophia
Satan
Malum
Merces.
Labor
Aula
Fama
Fortuna
Impetus.
Caro
Philautia.
Prothei.
Opera.
Mulieres.
Vanitas.
Vicissitud.
Politici.
Mund
Libri.
Diſputatio
Schola.
Idola.
Gladiatores
Moria.
Stupor.
Hæreſis.
Turba.
Scena.
Lingua.
Opes.
Licentioſi
Somnia.


Sapientia
Infinitus
Æternitas
Immutabilis
Solus
Potentia.
Unū
Contemplatio
Quies
Fides
Miſericordia
Verū
Deus
Bonū
Iuſtitia.
Charitas
Motus
Libertas
Satietas
Ens
Philantropia
Chriſt
Diuina Inhabitatio.
Filiorum
Spiritualium
Acquieſcentia
Tolerantia
Silentium.
Lucta.
Preces
Poſſeſsio.
Verbum.
Fraternitas
Remiſsio.
Iudicium.
Eccleſia
Angel: cuſt.
Decalog.
Harmoni:
Miracula.
Univerſitas
Concors
Creatura
Reſignatio
Seceſſus.
Scientia
Anima
Paupertas
Ratio.

PATRONO SUO UNICO CHRISTIAnam Beatitudinem precatur Peregrinus.

SVſcipe me vir benigniſsime ex itinere lapſum, & ab erroribus nauſeantem, tectoq́; tuo excipe, veluti Chriſtianæ quietis & tranquillitatis receptaculo, ac qui orbem univerſum felici ingenio, directioreq́; peregrinatione peragraſti, has meas ambages apud te nulla methodo, recitari patere: ut ad perſpicaciſsimos oculos tuos, terrarum meæ deſcriptiones examinatæ, ſi minus ſua ſimplicitate errores moveant, tua autoritate roborentur. Interim ego illa tua celebri hoſpitalitate fruar: & æternum familiarium tuorum pars quotacunque audiam, id quod utrisq́; Chriſtus ſalutare eſſe jubeat; in quo Vale.

I. PEREGRINUS.

*De hominis extra ſe exitu, & in mund.
dana concupiſcentia, quod opuſcu-
li eſt Proœmium.*

CUm in ea ætate eſſen, quæ ad boni malive ptionem aſpirare ſolet, illud inprimis imperitu animum ſolicitum tenebat, quisnam hominum in ea & multitudine & diverſitate mihi eligend foret, quem in vita & moribus, der que ac ſtudijs imitarer, quove indic atque manuductore ad ea cuncta, qu homini acceſſa à Deo reliqua ſunt, ſcenderem. Is cùm haud ita facile apareret, atque adeò terra mea vix ullum, qui tam variabili ingenio ſa faceret, polliceri auderet; fecit ſi impatientia mea, ſive evagandi libid, ut ſolutis tam anguſtæ habitation terminis, univerſo orbi me committere, cumq; eodem de ſummo aliquo bono concertare, heu quàm temerariè

ai-

animum ſuſciperem! Nec mora longior, cogitatum, inceptum. Cumque is eventus fuit, quem tu benigne lector audies; vix ſcio ab indignatione contra me, interdum es irriſione vacuus: at ſi qua ſpes mihi ſupereſt, non abſque tacito conſcientiæ tuæ morſu, quę hinc inde inter meos errores, ſuos accuſabit, ac paulatim æquiore curſori comparatione miteſcet: demq; in rerum tuarum exactiorem curam te dimittet. Ego tamen, nec pro errorum circumſtantijs prolixus ero, nec ullũ, qui admonere te aliquid poſſit, recitebo, atq; ſic omnem ſermonem meum temperabo, ne videar vel de commiſſa imprudentia gloriari, vel de tot vitæ tranſmutatis miſerijs, quam par eſt, dolere. Unum itaque erit, mi lector, candorem adhibere, ut quæ ſimplex eſt ac ingenua perpleximæ peregrinationis recitatio, eadem etiam benigno & æquo animo tibi perlegatur, atque habeatur. Et nunc quidem animum attendite.

2. CARO.

De malorum omnium principio, Carni cui fidem turpiter damus, & exinde in varia infelicitatis genera emittimur.

VIx domo exieram, & tantæ li bertatis haud capax aëris acce ptitudinẽ oculis metiebar, cum Mulier mihi occurrit, non tam com pta, quam ornatus varietate, & diſſi militudine onerata: Faciem ſanè fu caverat, ad aliquam ſpiſſitudinem, ne tamen purulentam ſcabiem ſatis te xerat. Ea cum itineris inſtitutum ſa tis ex me imperiosè popoſciſſet: qu tandem inepte ait, abſque meis con ductoribus? Varium eſt hoc iter, ne minus periculoſum: Et quis uſpiam tibi fores aperiat, niſi per meum co meatum.

Tum ego, Domina inquam, præſt ſum, non me ſequi, ſed tuum imperiũ Nam qui locorum ignarus planè ſum

nonalium in terris nunc mihi velim, niſi viarum peritum.

Movi, opinor importunam ac ambitioſam fœminam mollitie mea; itaque ad blanditias converſa. Haud malè inquit, in me incidiſti adoleſcés beneficam tuam, & quæ obſequentes, tenerius quam mater fovet. Tu quos tibi junxero fidos viarum ſocios, non dimittes; ſed obſervatis veſtigijs anxiè inſequeris, donec in ea te loca deferant, ubi æternũ & fortunis tuis poſſis frui & benignitatis meę meminiſſe. Interea dũ me verbis delinit, ego ſolicitè & corporis habitum, & morum geſticulationes, tum laſciviarum inſolitas complicationes circumſpicio; nec oculis tam ſum quam naribus infelix, ut qui neſcio quod putridum cadaver olfacerem; ſed quæ mea fuit infelicitas, malui vel ab impura hac beſtia viarum indices accipere, quam amplius in tanta liberrimi loci capedine de fideliore aliquo Patrono circumſpicere.

Itaque quod infelix, infauſtumque mihi fuit, ſeniorem aliquem hominé, & attritis veſtibus, & diffluentibus capillis, æque ac hera monſtroſum, comitem accipio, ſimulque homo liber, ſpes, fortunasq; omnes, vah! quam temerè Nebuloni concredo. Sic vale accepto, dictoq; multum ovans miſeriam & errores meos ingredior.

3. IMPETUS.

De Conductore humanorum errorum impetu, ſive mentis vana occupatione, quâ Deum deſerimus, & perſuaſionibus mundi noſmet tradimus.

CIrcumſpexerat jam ante calvaſter mens, ne quid armorum mihi eſſet, queis vim, quam illaturus mihi erat, depellerem, cumque ab omni ferro nudum reperiſſet: E heus infit, Peregrine, ſic enim mihi poſthac compellandus eris: neſcio quo cum viro ambules. Ego annos video te, inquam,

quam, ferre mi Comes, & canitiem, indeque honorabilis mihi eris. Cæterum quid amplius Dominæ tuæ famulitium ornes, vix liquet. Tum ille torvum videns, & dentibus fremens, imperitiſſime ait: Nunquam tibi innotuit Impetus Regum, Magnatumque juxta ac vulgi Magiſter atque manuductor, qui ſeculis omnib. leges præſcribo, & ad arbitrium in via trita volentes duco, nolentes traho, reſiſtentes omninò flagris propello: nec quisquam eſt hominum, qui jugum meum, quod impono, collo ſuo excuſſerit. Quid inquam trepidus, tune mors es, quem unum omnes viventes extimeſcunt, & fortes cuncti reformidāt? Ille verò Impetus ſum, ait, non Mors, idq; exinde nomen habeo, quod prout inter tēporum rotationes mihi viſum fuerit, verborum, morum, honorumq; conſuetudines hominibus impono, quibus occupati, aut ſponte me, quod dixi, ſequuntur, aut inviti nervos meos ac lora experiuntur. Tu ve-

rò ferocule hoc frenum jam poſthac morde, quo & certius me inſequaris, & cautius de meo imperio pronuncies.

Dum loquitur adhuc, frenum mihi in ore, ac in oculis liquor eſt, magicâ illud opinor arte, hoc in ſerum erroris teſtimonium, ex quo gemens & obmutui ſponte, & futuri alicujus mali imagines intra me exhorrui: ſimul autem ſive trahentem, ſive ducentem miſer ſum inſecutus.

4. PHILAUTIA.

De infelicitatis veſtibulo noſtri amore, rupto divini obſequij vinculo, nobis omnia quærimus, volumus, atque diſcimus, & in vinculis noſtris ſuperbimus.

DUm ſic aliquousq; triſtis progredior, videor mihi magnæ alicui turbæ appropinquare, quam ut primum aſpexi, riſum non tenui. Erat enim vinctorum magnus nume-

numerus, vinculis & cathenarum diverſitate ultra vires aggravatus, qui tamen uſque adeò ſortem ſuam non dolebat, ut inter ſe valdè de compedũ excellentia, & prærogativa concertaret. Vidiſſes hunc cathenarum ſuos annulos lambere, alium tangere, aliũ metiri, alium faſcijs ab aëris injuria tegere, omnes verò de ſuis carceribus gloriari. Si quiſquam minus oneratus erat, dolebat & invidebat proximo ferramentorũ præpondium tanta vultus compoſitione, & tragico cothurno, ut viſus mihi jam capitalis eſſe cœperit. Quos cum admirarer, ſenex meus, hi ſunt inquit, fideles mei, quos occupavi, quibusq; vitæ beatitudines diſtribui. Nam quæ oculis tuis nondum ablutis catenæ creduntur, eæ meræ deliciæ, & mortalitatis delinimenta ſunt, quæ illi æquiores ſuæ felicitata æſtimatores & amant, & fovent, & cuſtodiunt, & ad ſanguinem uſq; mortemq; defendunt. Ego, mi Pater muſſito, & quouſque hi ſua illa donaria

admirabuntur? Dum Regina noſtra inclyta, inquit, forte illis ſuceenſeat, & munera iterum repetat. Itaq; pendere poſſunt (inquam) illam cathenatam felicitatem. Tum ille ſeverior: cave, cathenatam dixeris, ſed quæ jam quæris, paulo poſt ſcies. Ergo ſilentio iterũ impoſito, quicquid oculos meos detergeo, quicquid aciem intendo, cathenas, nec aureas eas, ſed ferreas, ſed impolitas ac rudes, ſed magni oneris video ac tango, nec admiratione tantæ inſaniæ ſaturari poſſum: Cæterum & ego haud mitius captivus, & freno undique cohibitus loquacem meam curioſitatem nõ rationis inopiâ, ſed pœnæ metu paulatim dediſco.

5. FORTUNA.

De Fortunæ pœna, cui ſubjicimur, cum Chriſtianorum privilegiis renunciamus, & ex Divinis filiis, cœli mancipia reddimur.

INter ea nudum aliquod, & pudendum Monſtrum terrâ emergit, oculos obvolutum, & magna cæſarie fluidum. Vix fœdius aliquid alma Mater noſtra produxit, ac inſaniæ propinquius. Nam dum aliis hominibus inceſſus eſt, hoc mera giratione circumvolvebatur, clamore rauco, ac ut plurimum, in circumſtantes, injurioſo. At illa beſtia, quod mireris, adorabatur, tantis votorum, & ſupplicationū ſtrepitibus, ut cœlum reſonare crederes, dum illa furiosè identidem rotata, cartulas diſpergeret, mutas plerunq; perrarò verò non niſi ludibriis vocales. Illi verò tantæ ineptiæ candidati, quas ſinu excepiſſent papiraceas nugas, eas & reverenter deoſculabantur, & devotè venerabantur: oculis in hoc

mobile brutum intenti, preculis exquiſitiſſimis ſeduli. Ibi, fateor, & ego cartulas aliquot veſtibus meis excepi, vacuas prope omnes, niſi quæ ſperare, & laborare juſſerant; quas, cum minus religioſe aſſervarem, cœca illa, nec mentis compos mihi viſa, non tulit, ſed magno faſtu, neſcio, quæ Tantali majora ſupplicia eſt minata; quæ etſi tum quidem, (ut mea ſecuritas ferebat) contempſi, haud obſcurè tamen paulo poſt didici, ei, qui in hac quidé peregrinatione oberrat, valdè moleſtam eſſe hujus mulierculæ inclementiam. Id verò viſus ſum mihi inſoliti animadvertiſſe, non audere eam hominem ſui contemptorem palam caſtigare, ſed fremere ſaltem, & inanes iras pectore coquere. Ego ſane, cum ſatis diu infame monſtrum eſſem contemplatus, monitus ab impetuoſo ductore meo, infortunatos Fortunæ giros reliqui, miſertus vanam illorum ſortem, & inanis contemplationis pertæſus, ad alia æq; inepta me contuli.

6. VI.

6. VICISSITUDINES.

De terræ converſionibus, quibus involvimur, & jactamur, poſteaquam firmitatis in Deo centrum egreſſi ſumus.

ID erat, ut uno verbo explicem, magnæ ut apparebat inquietudinis, ſed majoris opinor induſtriæ. Nec enim quod plerique circumfuſi rotularum diſcurſu delectabantur, & jam aſcendentibus applaudebant, deſcendentibus illudebant: is mihi tam operoſæ machinæ uſus videbatur unus, nec qui motationum cauſationes aliis explicare ſatagebant, ad id ſatis inſtructi credebantur: ſed ut quiſque hujus aut alterius rotulæ ſuſurro afficiebatur, ita ſibi ſatisfeciſſe habitus eſt. Annotavi verò indices hujus ſtructuræ non qua patebat facie, id monſtrare, quo pellerentur: ſed ad oculos quidem miris geſticulationum ludicris ſpectatores implere: ſagacioribus autem ad incon-

inconſpicua aliqua loca, longè alia, atque adeò admiranda aperire. Sed quid facerem, homo lutulentus, & cujus nec oculi, nec aures deterſæ erant, niſi & turbæ immixtus nũc faverem florentibus, & inſultarem marceſcentibus. Nam dum Dioptra abeſt, quid aliud in tanto diſcurſu obſervare licet, niſi confuſiſſimum aliquem ordinem, ac motũ plus quam illius in cœlo Mercurij irregularem? Interim ſummus Artifex, denticulum nullum fruſtra eſſe vult, imò omnib. labores ſuos demandat, ut infiniti tandem ſtrepitus ad unius conſilij ſilentium deſerviant. Diſce mi homo parere (libuit tum intra me ingeminare) & conſultare dediſce: neſcis enim cujus magnæ rotationis exiguus ſit denticulus. At dum ſic cogito, ac ſimul ſolicitè introſpicio, eundum

eſt.

7. MEN-

7. MENDACIUM.

De veri ſimulatione, qua ineſcamur, & veluti rerum cauſas, ac motuum regulas apprehenſuri, in varias errorum ambages circumducimur.

ERat ad dextrum latus ædes quædam & ſpacioſa, & anfractuoſa, & undiq; feneſtrata, ſimmetriæ nullius, nec certę materię, ſive lapides ſive ligna, ſive cæmentum intuereris, non erat niſi mera & confuſiſſima cõmixtio, neque licebat facilè judicare, quid tot januæ, tot foramina, tot ſinuoſi meatus ſibi velint, niſi talparum aut cuniculorum ea eſſet regia. Huic cum me jam prope adduceret ille meus: O te felicem, inquit, qui tam teneris annis, non in inſcitiæ tenebris oberras, ſed omniſciæ Deæ, quæ hoc tẽplum incolit, initiaris: Ita ne Dea inquam ego, quæ hic abſque ordine habitat, confuſionis oportet eſſe. Tum ille

ille, vah ſimplex, tanta ſcilicet rerum humanarum diverſitas eſt, quas illa inquirit & dijudicat, ut non ſint tot feneſtrarum hic orbiculi, quàm rerum exactiſſimarum illi experimenta: quibus ut primum ſolerti aliqua cura colligendis, eris intentus, & infinitum ſcientiæ humanæ parabis theſaurum, &animam tuam incredibili replebis voluptate. Hæc effatus introducit, & ſpectare jubet omne ædificium: Equidem, ut iterum fatear, & ſordidum, & horridum, & reſonum, & neſcio qua dubia luce formidabile magis, quam conſpicuum. Sedebat illa ſi Deo placet Dea, in magno famularum numero, vultu & facie ea, quæ Gorgona exactè repræſentaret, neque ſane ego ejus, niſi magno horrore, ac lapideſcens quaſi recordor: quæ, ut primum novum hoſpitem adventaſſe ſenſit, larva ſatis ſpecioſa quidem, impoſita, & à ſuis tumultuariè compta: Veniſti inquit ô adoleſcens, ut quæ Naturæ liberalitas tibi affudit, hic apud me in

lucidiſſimo orbis theatro explicares. Macte ingenio, & quas à me habebis alas, audacter move, liber poſthac ubique futurus, nec ab ulla vel ſublimitate, vel profunditate excludendus. Cum hæc ego audirem, obſtupens primum tam benignam ex lucido corpore vocem, nec credere, nec dubitare doctus, ſatis eſſe credidi, ſi omnia etiã incredibilia peregrinationis meæ paterer; & adorato hoc Idolo propitiam mihi ſum vel corde, vel ore precatus.

8. LIBRI.

De librorum multa & varia impietate, quibus errores humani ſervantur & propagantur.

CUm in fidem eſſem à placidiſſima Dea receptus, juſſit actutum theſauros ſuos mihi explicari, & ad ſecretiſſima liberrimè admitti: quæ cum ex auro fore nullus dubitarem, papiracea (riſum teneatis) reperi: quoquo me verto, videor mihi perſtre-

ſtrepentes anſeres audire, & inter infinitas contradictionum opiniones aures occalleſcere. Tandem in ipſum loquacitatis receptaculum perventum eſt, tot abſurditatũ humani cerebri inſtrumentum, ut jam primum credere inceperim, nihil tam impoſſibile eſſe, quod non ſophorum aliquis ſcripſerit. Aeolus hîc ventis ſuis imperitabat, & quicquid unquam vel peſtilens aliquis terræ vapor ſuggeſſiſſet, in chartas exſpirabat. Vidi hîc nivem nigram, & ignem frigidum, & atomorum concurſus; Vidi Idearum icunculas, & animarum varia induſia; vidi fatales pixides, & quicquid unquam Epimenides in ſomnis vidit, ac ut ſummatim dicam, ſi quid unquam cordatis fuit dubium, id ego coram oculis meis contrectavi. O mortales, quam immortales ego humani cranij incolas, quam ſtudiis, moribusq; diſſonos vidi! & ob unam Mendacij Bibliothecam plus genus humanum, quam ſi terrenum orbem peragraſſem exhorrui.

rui. Nempe quæ diuturnis laboribus vanè cogitata, peſſimè prolocuta, ſceleratiſſimè perpetrata ſunt, ea hoc unũ cerebri armamentarium ad omnem poſteritatem & teſtatur, & approbat. Hîc autem mihi impetuoſus meus vellicavit, & quid videtur ait, de tam exacta Naturæ anatomia, quæ quicquid in univerſo confuſum, in claſſes ſuas redegit, quicquid in oculis vulgi nubilũ, ad claram Rationis lucem detexit, quicquid in orbe mobile, intra præſcriptas lineas concluſit, quicquid in humana ſocietate variegatum, regulis comprehendit. Audivi ego, & renuente capite conſenſi: ac ſi ita jactare ſatis, (muſſitavi mecum) vel cornutos nos eſſe tandem perſuadebitis.

9. MA-

9. MALUM.

De Malignitatis ſegete, quæ in corda noſtra inſeminata, vitiorum omnigena genera profert.

IAm progredi ſpes erat, & mitiore fortuna uti. Verum dum ad ſiniſtram conductor meus abit, illud ſequendum eſt. Et ecce regius hortus ſe offert, quem jure orbis dixiſſem breviarium, ſi quid ibi ſalutaris germinis excreviſſet. Nam ne quid erres, non diptamum, non panacea reperire ibi licebat, ſed venenatas & peſtilentes herbas ſingulas. Ambulabat in horto ſive domina, ſive hortulana, ſed omninò Dei, hominumq́ue contemptrix, nec niſi proſtratis ad terram miſeris inambulabat. Hîc conculcabantur conſcientia, ratio, natura, & cœlicis minæ fiebant, tum defunctorum manes inquietabantur. Horreo, cum hæc recito, nec ejus meminiſſe licet, quo vultu, illa me, ego eam ſimus intuiti: at id longè miſerius, quod phialam mali-

maligno liquore plenam, & nequitiæ ſeminibus inſperſam ebibere juſſus, non prius mori deſij, quam evomui: ſed vos horti deſcriptionem expectatis. Is in pulvillos ſuos diſtributus nihil niſi amarum quid & camarenam redolebat, inter repentes & noxias herbas papaverum capitibus conſpicuus, & idolorum varijs ſimulacris fœdatus: denique multo undique viſco tenax, & inambulantibus paſſim implicatus. Quæ cum moleſte ferre haud amplius obſcure memet prodidiſſem, vix unquam habui bubulcum meum iniquiorem qui ex me horti prolixa elogia expectabat. Hic eſt ille ajebat hortus quem quiſquis colit, & notabili labore ornat, nutritium habet, & voluptatum omnium obſonatorem. Quid enim homuncio aliud in vita agas, niſi vivas, & quam habes minutam poſſeſſionem, eam tibi impune nemo tangat, ſed utaris his horti delicijs, dum terra ſinit. At ſi nauſeem reſpondi, ſi minus

nus quam alijs decerpere hîc liceat laboribus deliciæ non reſpondean? Et ille: heu quam te indocilem nact ſum, ſubdit & in res præclariſſim injurium! Nam quæ nunc hîc cru intueris, ea paulo poſt cocta & cond ta omnibus epulis ſapidiora experi re. Sic ait, & è horto in culinam rec introducit.

10 POLITICI.

De Politicorum pulmento, ſive Politi rum varijs formis, quibus hominibu illudunt: ubi etiam de quintæ Monarchiæ ſomnio.

QUid hîc primum aut poſtr mum dicam, poſteaquam culinæ hujus ſordes ſorditiſſ mæ re etendæ ſunt. Sedita me natu credo, ut qui olim præſens præſent mala cum gemitu tuli, nunc memor eorum torquar. Focus ſtabat in medi loci ambitionis l gnis ardens, & van tatis aëre inflatus, circa quem, neſci

quo

quot coquinariæ artis profeſſores, capitibus omnes obvoluti, ne quid ſcilicet ſublimati cerebri offenderetur. Noli verò credere, unum aliquod epulum junctos inſtruxiſſe: ſed ut ſingulis ſinguli cacabi erant, ita diverſus & admirandus cibus conficiebatur. Nam cum ut poſtea animadverti, univerſæ terræ habitatores paſcendi eſſent, totidem ferè eduliorum genera paranda erant, quot eſſent ſtomachi: itaque monarchicè hi, illi ariſtocraticè, alij democraticè, ſed plerique mixtim alendi erant, omnes verò ſub impoſturarum condimento. Interea ſi quis cœnaculi fœtorem, & epulantium ructus referre vellet, liber monſtroſæ mundi nequitiæ Elephantum deprimeret, quin potius onerariam navem demergeret. Nam quæ humanæ converſationis vel digladiationis verius, per pauciſſimos aliquot millenarios hiſtoria eſſe poſſet, illi intelligunt, qui ad unius hominis acta, & vitæ perbrevem abuſum obſtupe-

ſcunt, nec niſi cum trepidatione hu
manum ſui temporis proſcenium i
tuentur. Ego verò, ne neſcias tam d
licatos cibos utiq; deguſtavi, ſed eo
ſu ut amaritudinem eorum nullus
quor, nec nectar ipſum abluat, tan
ijs ineſt acridi veneni, ut fauces & p
latum omnem infecerint, & quæ rev
ra dulcia ſunt, inſipida perſuaſerin
Id ſane prætereundum non eſt, cum
bi eſſem occidentales aliquot herb
magno labore, & ſcrupuloſa ſagacit
te aureis corbibus congeſtas eſſe, qu
bus ajebant quintum quid Monarch
co-catolicon coquendum eſſe. Id di
ac fruſtra tentatum, nunc ſub certa ſ
claudicanti, & nigro coquo concre
tum. Cæterum ſive arte fallente, ſi
herbarum debilitate, nihil dum qu
ſciam tanto hiatu dignum apparui
Me verò mala ſors aliò
voçavit.

II. BINARIUS.

De diſſidiorum fonte, quem Sathan pro-curavit, cum Deum & hominem divi-dit, ac exinde multiplicationis malorum exordium ſumpſit.

IAm minus mirabar humanæ vitæ turbines, poſtquam pateret ex Politicorum imbutione ita hominum uſtus corrumpi, ut quòd divinum o-ortebat eſſe orbis regimen, factum ſit lane & arbitrabile, & in formas o-ines convertibile. Verum cum eſſem d caſtellum aliquod divi cujuſdã ver-ici impoſitum adductus, rem omnem t ſeſe habet, edidici. Solium cui ſtru-tura inſiſtebat, perpetuò tremebat, uri nutabant, nec pedẽ promovere cebat abſq; concuſſione: cumq̃; in a-enſu eſſem, immane dictu, quã mihi ertigo oborta ſit, & corpus univerſũ epidarit. Poſt ubi in ipſa adita pene-avi, jugi agitatione omnia mecum ovebantur, neque fulcrum ullum à

frequentibus ruinis defendebat. Se-
debat in atrio mulier an vir incertum;
nam ad Jani exemplar bini vultus, a-
inſuper bina corporis inſtrumẽta mõ-
ſtroſo nexu ligata erant. Nutabat a-
ebriorum morem, & verba ejicieb:
velut furore afflatum, non dubij ſen-
ſus, ſed planè contradictorij: ajeba-
negabat idem: jubebat, prohibebat
dem: amabat, inſectabatur idem:
quod unum mihi placebat, cuilibet
ligere licebat quod videretur. Id ſp-
ctri cum fixis oculis delibarem, c
ſtos meus, hoc Numen infit, mag-
myſterij clavigerum eſt, prudentiæ ſu-
meritus electum, quo res humanas
mnes examinat, & quæ paſſim ſu-
dubia, æquiſſima lance ſuſpendit. It-
que pro Deo & contra Deum, pro an-
ma & contra eandem, pro æternita-
& contra ævum declamitat, ut ſit n
an non ſit quod eſt: debeat ne eſſe, n
debeat quod debet, futurumne ſ
non futurum quod erit, humana ſag-
citate ventitetur. Ego, oraculo loqu-

ris mi comes inquam, nec minus quam Numen tuum diſſona. At mihi deplorare humanum genus lubet: qui nullo ſtabili fundamento innixi, inter hæc reſponſionum folia fluctuare, & conciliandæ tantæ diſcordantiæ inſudare neceſſe habent. At ille, vanus es, ac loquax, nec prius convincendus, quam diſputationem noſtram ingrediaris, Inter illa nutans hæc Dea caput mihi tetigerat, nullo quidem notabili meo dolore, eo tamen qui hucusque tremulum mihi reliquit: quo donario triſtis in ipſam conflictuum aulam intrudi ſum perpeſſus.

12. DISPUTATIO.

De litigioſa hominum natura, quæ tum ſenè ſapere videtur, cum omnia in dubium vocat, & res planiſſimas problematibus ac tenebris involvit: ubi & de veritatis indagatione.

NOlo expectetis hîc theſes, aut opponentium, reſpondentiūq; diſcriminationes: Nam aut ma-

ris fluctus cum ſævit, aut fluminu
per montium præcipitia delapſus, r
ſonare minus mihi creduntur, ad
hîc clamor, jurgia, convitia, & lapid
imber univerſum locum impleveri,
tanta partium confuſione, & ſonoru
diſparitate, ut riparum lapillos vel n
merare vel diſtinguere fuerit proc
vius. Audivi hîc excuſare, quæ pla
immania; audivi accuſare quæ ſal
berrima: audivi dividere quæ co
junctiſſima: audivi conjungere, qu
diverſiſſima erant. Quid verbis op
eſt? Non chaos unquam tam cha
fuit, nec omnium rerum materia t
formarum capax, quam hæc aula ſu
temeritatis contra Deum paleſtra,
malignitatum humani cordis orch
ſtra: denique vanitatis omnis, & luc
briorum receptaculum. Dum ibi o
erro, ac lapidibus ſilens æquè, ac l
quaciſſimus quiſq; petor: quin tu ti
(ait ſtimulator meus) aliquem hîc e
gis, cui credas, & quem clamore juv
Ego, eligam hîc, ubi clamore & vir
ag

agitur? & juvem ullum ex his, qui ne ſilere quidem me patiuntur? equidem nec quid loquantur ſcio, nec ob quid inter ſe dimicent. Vix riſum tenuit caperatus meus, & quæ te ait, Noverca lactavit: hominem inhumani planè ſucci, qui nec placere vis alijs, nec alij placent: reſponſurum me occupavit inopinus tumultus. Nam quotquot clamantium aderant, arreptis ligonibus velut verba opere demonſtraturi, terram fodiebant, ſtrepitu non minore, ſed jucundiore mea contemplatione. Nam talparum exercitum mihi videre viſus ſum, qui terram omnem varijs meatibus, & tenebroſis ambulacris perforabat. Riſi etiam hîc ambitionem laboris, àc ſimmetriæ jactántiam, quæ tanta erat, ut ineptior ſimul, ac irregularior eſſe nõ potuerit. Et tũ deſerendi mihi erant foſſores mei, atque ad ipſum malignitatis centrum accedendum.

13. TENEBRÆ.

De ignorantiæ humanæ cauſis, quæ eſt divini ſolis privatio: ubi ſufficit nobis ſaltem Deum ac ejus judicium habere abſconditum, imperium verò occultatum.

ANtrum erat, illudq́; non obſcurum ſaltem, ſed ſulphureis halitibus grave olens, per quod ad ſubterranea gradibus aliquot deſcendebatur: hîc, quominus explico quod viderim, lux mihi defuit, nec nomen locus aliud habet, niſi Tenebrarum, quæ de Platonis antro referuntur: huic fortaſſe inſunt, niſi quod mea opinio terribiliora; ſibili & ſtridores paſſim me circumvolitarunt, nec facilè alius hujus cavernæ uſus apparebat, niſi ut ſenſus humani omnes hebetentur. Nam exinde oculi mihi caligarunt, aures obſurduerunt, tactus ipſe mihi propè ſoporatus eſt. Hæc eſt ſtuporis, torporisque ſedes, quam quisquis ingreditur, Dei ſimul

ac

ic ſui obliviſcitur. O miſerandum humanæ libertatis deliquium, cum internus ille monitor non ſilet quidem, ſed ſtertit, & niſi ronchis, haud eſt ſonorus, cum univerſi hujus ſive majoris, ſive minuti elegantia ſordet, & debita Deo organa ſtupent, inquietaque quiete ſepeliuntur.

Sanè ut mollitiem meam fatear, non tenui hîc lachrymas, & ductorem meum palpans, quin hinc eximus, ajebã, ubi nihil eſt, quod agam, niſi trepidé. Ille verò ad aurem mihi: ſemper tu quidem impatiens, at ſi pergas, omninò hîc deſerendus: Patere & tui curam mihi relinque. Qua crudeli conſolatione conſternatus, quicquid tandem univerſus orbis contineret mali, ſilentio ac patientia ſuperare decrevi. Interea fores mihi ſubobſcurè pandũtur, quæ & tenebras has invisas finiunt, & luci qualicunque me etiamnum caligantem reſtituunt. Meus verò, ut lætum vidit, iterum contempſit: ſi ſaperes inquit, non tenebræ illæ te

contutbaſſent, ſed gratias ijs egiſſe
quarum beneficio tot inviſa & cenſ
ria, tot aſpectu etiam formidabilia
latuerunt. Tum ego mecum tacitu
malo videre quæ ſint oppoſita mih
quam meris tenebris conſolari. Na
quæ me vult Deus, ea intueri cum t
more volo, non oblivionis velum ob
ducere. Sed pergamus.

14. SPIRITUS VERTIGINIS

*De cerebri humani labyrinthis, quos ſe
curè ingreditur, & miram regrediund
facilitatem ſibi pollicetur, dum in-
terim magis magisq́ꝫ
aberret.*

LUx expectabatur, lumen erat
idq́; ex accenſa aliqua face, quam
mille milleni culices circumvo-
litabant, mortis ſuæ laborioſi procu-
ratores, & exiguæ voluptatis coëm-
ptores ſtultiſſimi. Id ut erat in medio
cubiculi, ita parietes utcunq; illuſtra-
bat,

bat, & ſubobſcuras aliquas tabulas aperiebat. Invitavit me curioſitas mea, &tabulis accedens tentavi, ſi quid forte in rem meam ibi eſſet depictum: verum nec tabulæ ipſæ mihi legibiles erant, nec oculorum acies ſufficiebat, & nebulas meras intuebatur. Tum elichnium aliquod minutum, ad facis lumen accendere juſſus, iterum in ſpectionem tentavi, non cœcã illam quidem ut ante, ſed uſus planè nullius. Nec enim præter Labyrinthos meros continebant quicquam, nec viarum indices uſpiam patebant: ſed poſt oculorũ meorum diſcurſationes, inextricabile quid mihi relinquebãt. Interim tabularũ tituli mirifica pollicebantur, quę ad vitæ perfectiſſimę methodũ, & certos felicitatis tramites facerent, ac univerſi hujus opulẽtiſſimam poſſeſſionem adferrent. Ita ſcilic. ô Socij ludimur, cum ab ijs ea petimus, quæ nec habent ipſi, nec dare poſſunt, nec habentibus favent, ſed ad impediendam noſtram ſalutem conjuraverunt.

Nam quod propitio Deo nobis pateret, & rectà ad quietem introduceret, id mirificis impoſturarum ſepimentis eſt occluſum, vel ſanè in tanta latæ viæ politie nobis deſpectabile redditum. Itaque vertiginis ſpiritu circumacti, non prius deteſtamur peregrinationis noſtræ errores, quàm manifeſtè appareat, quibus nos nugis, & tabularum pigmentis crediderimus. Ego interim dum facē contemplor, neſcio quas noxias fumigationes narib. excipio, quibus & cerebrū mihi eſt læsū, & memoriæ tabula occupata, ùt qui modeſtas, tranquillasq; ei contemplationes inſcriptas hactenus poſſederam, jam tū confuſionis implevi, & omninò quam plures inquietę mentis caracteres ferre ceperim: qui dum me angunt, & Genius aliò vocat, præter ſpem ac opinionem his criptis eripior.

15. MERCENARII.

De conductione ſive ſalario laborum humanorum, cujus fulgore alliciuntur, ſed inanitate caſtigantur homines.

EXivi, nec ſcio quò: Nam ex quo vertigo caput meum occupavit, non eſt relicta mihi dextri, ſiniſtrive dijudicatio: credo tamen ibi efugiſſe, ubi primum licuit, adeo miſeis nulla optio eſt. Cumque me paulo ecollegiſſem, vidi me ſiſti munifico aicui Diſpenſatori: Quotquot enim ɔræſentes aderant, omnes aut magnoùm donariorum pollicitationes auliebant, aut munuſcula, eaque plurinùm ſpecioſa accipiebant. Neque tanen evacuata ſunt copiæ cornua: ut ım propè ſuccéſere mihi inciperem, ui iter meum ad tantam felicitatem ıoleſtius judicaſſem. Steti equidem ttonitus, ſive ad verborum blandi-

tias, ſive ad miſſilium elegantias: nec
unquam vidi cariorem hominis æſti-
matióné, adeò ſingulorũm membro-
rum agilitas magno precio veniebat,
neq; ſic tamé admiratione rerum ſum
abſorptus, ut curioſam meam contem-
plationem intermiſerim. Neſcio enim
quam pellucida mihi apparebãt, quæ
ſolida eſſe oportebat, & tinnientia
quæ ſpiſſa dicebantur, & levia, quo-
rum magnitudo pondus aliquod inſi-
gne exigebat. Sed ne ulterius perge-
rem, fecit diſpenſatoris affabilitas. E-
hem inquit aſtris dilecte, & terræ pu-
rior maſſa, quid ſordes? &, dignus or-
bis imperio, quid eges? Nam quæ
multis ſingula debentur, ea tuo inge-
nio juncta ſuccumbunt, & tam cœle-
ſtem in te auram adorant. Immerge
te opibus tuis, & dignare ſervos ha-
bere, qui te dudum obſervant. Visne
aurum? visne honores, vis ſceptra,
vis ſcientiarum famulitium? & ſani-
tas tibi aderit, & longævitas, & bona
fama, & perennis voluptas, ac quic-
quid

quid tandem adventum tuum deſideravit.

Quid reſpondendum erat homini ex imis ad ſumma ſublato, & qui ſeipſum vix amplius capiebat: Nec enim fallere dici poterat, præſente rerum, quas promittebat exhibitione, & quæ circumſtabant vitæ ſolamina: omnia ſolicitè meam electionem ambiebant: neque dum aliqua aſſumpſi, tanto hinc plauſu, illinc mœrore, ut benefactum ne mihi, an benefecerim, incertus inde diſceſſerim.

16. VANITAS.

De vanitatum humanarum ſupputatione, quæ calculorum magnam æſtimationem jactat, ſubſtantiæ verò levitatem ſubinde prodit.

INter illos animi mei æſtus, conclave inimus, nõ tantâ hominum frequentiâ turbidũ, ſed pro capacitate ſatis

ſatis à ſupputatoribus quibûſdam oc
cupatum: cumque pro more benign
ſalutaſſem, nemo excepit, aut familia
ritatis ſignum aliquod regeſſit. Juſ
ſus autem à meo tabulæ aſſidere, &
pro lege loci facere, non multum re
nui, & explicatis quas accepiſſem o
pibus meis, ſedulò æſtimationem ſub
ducere cœpi. Euge verò! quæ aure
credebantur, vitrea erant; quæ ada
mantina, liqueſcebant: quæ magn
ponderis, per auras volitabant: qua
teretis figuræ, undique tuberculis ſca
tebant. Vah, orbis Imperator bili
guttulæ ſuccumbebam: Naturæ ob
ſtetrix in muſca hæſitabam: & felici
tatis amaſius, unius horulæ ardoribu
tabeſcebam: ſcilicet quæ tantâ pom
pâ donata, & ſub certa gratitudinis ta
lione concredita erant, aut lubricitat
ſuâ manus meas effugiebant, aut ſca
britie offendebãt, ne unquam ád the
ſaurorum meorum collectam æſtima
tionem pervenirem. Interim ad alio
converſus, dum addentes, ſubtrahen-
tes,

es, multiplicantes, dividenteſque in-
ueor, parum abfuit, ſudores illorum
& anxietates riſiſſem, quibus repetitæ
identidem operationes, nil niſi vanam
vanitatem reddebant. Neque tamen
leerant, qui artem citius quam opum
falſitatem accuſarent, & milites con-
victi, toties erroribus ſuis vim inferre
conarentur, ut libellam potius vel cal-
culos, vel amuſſim delitaſſe, quam
tantos artifices judicium defeciſſe ac-
clamitare liceret. Cæterum cum me
otiari jam, & curam margaritarum
mearum planè abjeciſſe meus ille im-
portunus ſenſiſſet: Hoc eſt, inquit,
quod te planè it perditum. Quiſquis
enim orbis hujus donaria non amat,
non æſtimat, illum quidem ne ſalus i-
pſa terrena ſalva ſit, ſi ſalvum maximè
velit, ego verò cõmotior, pereat (ſub-
didi) quiſquis pro gemmis ſilices do-
nat, pudeat qui accipit. At hæc verba,
vel quæ ſecutura erant, alapa crudoris
dolorisque anteambula violentiſſimè
terminavit.

17. LA-

17. LABOR.

De jugi terreni pondere, quàm ſuos inutiliter premat, nec minus ambitioſè invitari velit.

RÈcollectis itaque gazis meis, i officinam magnæ amplitudin introducor, ut, quod primu Mobile humana pectora exercere coram contemplarer. Erat autem pra grande timpanum, quale attollend mercibus ad maris januas adhiberi ſo let, niſi quod hoc vaſtitate magis coı ſpicuum: illi incluſa ingens homin turba inambulat, ex laboris violent anhelans, & ſudans, nulla quietis l centia, niſi quis exanimatus concidi ſet. Et tum quidem etiã ſemivivus ac huc per feneſtram in ima pręcipitab tur, volucribus & beſtijs cibus exh bitus Nec tamen novi ſubinde, & v ribus integri deerant, qui magna ſi gratulatione, & ſociorum appiaul tymp

tympanum ingrediebantur. Ibi cum improbius omnia & motum & fabricam, & uſum tanti laboris colluſtrarem, quod primum admiratus ſum, fuit corpus rotundum, & in circulum impulſum, non moveri in orbem, ſed progredi interdum, mox regredi, vel deorſum deprimi. Dein obſtupeſcebam ſtructuræ præſtigias: Nam ex aranearum telis tota erat, & tantam hominum molem ſuſtinebat, nec apparebat quiſquam, qui vel laboris impatientiſſimus in tanta laxitate fugam tentaret. Id verò ſupra cuncta me confundebat, quod nullo omnino uſu, nullo in rem communem commodo rotaretur. Nec enim vel aqua, vel aliæ moles attrahebantur, ſed inutili motu circumcirca inſigni ſtrepitu laborabatur. Imperabat huic rotæ duræ cervicis, & rugoſæ frõtis ſenex, meo aliquãto rigidior, qui cũ inter ſe ſalutaſſent, meã induſtriã illi ſolicitè cõmendavit. Laboris inq; alter, hic ſatis eſt, nec humeri mihi hujus & lacertæ diſplicent:

non

non licet tamen, niſi ambientem hi admittere. Cor redditũ mihi his verbis eſt, qui jam expectabam, qui me apprehenderent timpano intrudendum. Id magnus (mecum cogitavi) avertat Deus: ut quod eſt in vita miſerrimum, ambitu emendicer. Intereà dum ſileo, & ille deſpicit, meus conductor in proximum laboratorium mecum divertit.

18. OPERÆ.

De operum humanorum ludibrijs, & ridiculis ſpeciebus, quæ Dei oblivionem paulatim introducunt, & mortis obſervationem obtenebrant.

O Vanas hominum curas, ô pectora cæca, ſic enim exclamare libet, antequam operoſam illã humani generis vanitatem aggredior. Quis enim non ingemiſcat, animal libertati natum, & ad cœlicas opes adoptatum,

ɔtatum, ſemetipſum irrito labore ſic
erere, donec in minutiſſimum pulve-
em abſumat? Aſt attendite. Cum o-
ulos circumferrem, omnia & minu-
iſſima quæq; movebant: cum auſcul-
arem, ſtridore, gridore, ictibus, &
trepitibus cuncta perſonabant: Non
Vulcani officina magis operoſa; aut
Aeaci curia populoſa amplius fuit.
Nam quisquis unquam cerebro fœtũ
geſſiſſet, hîc pariebat, & luci dabat,
ɔellulas progenies. Erat hîc quippè
venter Deus, laborum & operarum
præſes, ſed frugalis admodum nutri-
ius. Hîc Siſiphum vidi & Tantalum,
& toties renatum Pythagoram, ac ve-
erum omnia deliramenta, ſed nos no-
va juvent. Vidi qui aquam piſtillo tũ-
deret, lapidem facturus, & qui ceram
igne in calibem coqueret, & qui ex aë-
re ſtatuas ſculperet. Vidi qui perfora-
tam navẽ fluctibus committeret, val-
de attonitus cum demergi videret. Vi-
di qui terræ incolas omnes in unam
urbem convocaret iratus cunctanti-
bus

bus,& qui foramen per terræ mediu
terebraret, commercium Antipoda
rum inſtituturus, & qui terram lo
ſuo emoturus in aura ſtabile firma
mentum fabricaret. Vidi qui pileu
unum, omnium capitibus habilé me
ditaretur, varijs ad id delineament
confectis, & qui auri ſcaturigines pe
rennare, ac decrepitis rejuveneſſer
tiam polliceri, & vota cuncta præſta
auderent: Vidi grāmmaticum beſti
rum volucrumq́ue linguam profite
tem.

Et quis tot admirandorum ſpec
es fando explicet? Unus inſtar omn
um vobis eſto, qui capſulas fabrif
ciebat, quas ne Dei quidem oculi i
troſpicerét, ijs includenda erant, qui
quid clam Deo vel poſſidere vel con
ri veliemus. Hos ego dum colluſtr
& mixtis cum riſu lachrymis, mecu
quam poſſum ſecretiſſimè examin
vix effugi Chirurgi manus, cordis m
latebras diſſecaturi, ut feneſtellam i
ex Momi conſilio apponeret. Me v

rò comes meus tutatus eſt eo tempore, majoribus malis reſervandum.

19. VENUS.

De libidinis peſte, quàm omnis generis ac conditionis homines occupet, & nobiliſſimas animæ functiones inquinet.

NAm cum quatuor portis hinc egredi liceret, in quam fortè incidi, calidiſſima erat, & futuros animi æſtus ſtatim in limine præſagiens. Cumq; in ipſum ardoris quaſi clibanum penetraſſem, viſa mihi eſt amoris DEA, haud quaquam quod Poëtæ fingunt, ſpecioſa, ſed omnimodo fœda, ac ſpurcitie plena. Neque tamen illa minus vel collaudabatur, vel colebatur, & obſervabatur: imò ſi quis deformem dicere auſus fuiſſet, vitam ſuam in dubium vocaſſet. Itaque ſi fortè alibi ab elegantia vobis commendetur, mihi credite,

dite, & ſcabie plenam, & liventib
puſtulis opertam eſſe. Nam quæ n
ſemel tetigit, fœdo odore infecit,
nequicquã muſco in me profuſo hi
cum redoleam. Erat enim cum for
propius accederem mihi ſolito affab
lior, & nihil metuentem manibus c
ſtrinxerat, non ſine prolixo verboru
lenocinio: de quibus verò gloriab-
tur, finis non erat. Nam humani g-
neris deliciæ, ſolamen, elegantia, vi-
culum, nectar, & ſi quæ ſunt alia n-
gamenta, audire volebat: applaude-
tibus identidem, qui immani nume
circumſtabãt perſonatis morionib.
Ibi videre erat hominum & ingen-
rum primates, orbiſque ornament-
ſininis auriculis, & cornuta fronte t-
pudiare, ea nolarum & campanul
melodia, quæ vel Midæ ipſi potuiſ
diſplicere. Ac tum quidem didici, q
parum ij cordis ſoliditate, ab inſi
homuncione differãt, quos ut Nu-
na ineptè colimus, & communem h-
minum ſorté ſupergreſſos nugam
I

Hîc enim promiſcuè magni pariter & minuti, ſapientes & inepti, purulentiſſimæ beſtiæ pedes, & quæ nominare pudor prohibet, ablingebant: beati ibi interea viſi, ſi quis profluentis ſaniei amplius abligurijſſet. O dedecus humanæ carnis, quæ Deo conſanguinea, & in lucidiſſimam animæ habitationem paulo poſt eſt transformanda! iamne his ſordium & excrementorũ ſentinis immergemus? Sed ſatis ſit, cum fœda recitamus fœda ſaltem audire, ut reſtitutionis deſcriptioni etiã verba ſuperſint. Itaque poſt aliquam & nauſeabundam tam pudendi ſpectaculi moram, ad ſpecialiorem ficti amoris praxin ſum emiſſus.

20. MULIERES.

De impotente mulierum imperio, quo viros enervat, & plurima orbi incommoda infert.

QUotquot enim hîc primũ d votionis ſacrificium exſolvi ſent, in poſſeſſionem terraru amoris ibant, & loca ſua, quæ perp traſſent, occupabant. HIc ad num rum omnis ſermo, & ſocijs nuncnu cothurnis delirabatur, tanta verbo plerunq; impietate, quanta pronu ciationis ineptia. Erant autem hono gradus non virtutum obſervatorib decreti, ſed capillorum criſpis, ſuſ riorum ſingultibus, membrorum g ſticulationibus, gutturis glocitatio & crepundiarum varijs crepitacul ac inprimis ſanctæ credulitati diſt buti, idq, planiſſimè ad fœminei ſe tuli arbitriũ. Nam quæ ab omni æ incredibilis habita eſt muliebris R pi

ub. concors ſtabilitas, ea hîc jactaba-
ır, conſcriptis in eam rem publicis
:gibus, & durationis hiſtoria oſtenta-
ı. Ego verò dum ibi fui, plus minus
ıillenis ampliationibus, antiquatio-
ibus, reſciſſionibus uno minuto præ-
ns aſtiti, quæ jam vanæ gloriationis
:rtum reddiderant: Interim quot-
uot aderant ſemiviri, ea omnia velut
racula amplectebantur, & non ſine
rupulis dabant executioni. Didici e-
o hîc Mulierum fictum ſervitiũ Mũ-
o imperare, & imbellem ſexum eſſe
npetuoſum, & invictiſſimum. Nec
um quicquã eſt in terris, quod mu-
ebre ingenium impetrare nõ poſſit:
ec habet humani generis hoſtis ver-
tiliora & politiora impugnationis
oſtræ inſtrumenta: quem enim ſemel
rceo baculo tangunt, homine ni dũ
ro oppidò exuunt. Quid verba pro-
go? Jeſabella & Herodias, cum Da-
a inter reliquas eminebant, easq; o-
nes trophæis contra virilitatem cla-
s, & ſpolijs maſculi pectoris onuſtas.

Confiteor, hîc ego genu inflexi, & precatus ſum mihi auguſtum fœmin- um conſeſſum haud quidem propiti ſed innoxium. Quid enim facere jam miſerijs meis fractus, & ſtigma- bus ob inutilem repugnantiam no- tus? Id unum ſolatur, nunquam i leges & verba juraſſe; & ſi quid ad etiam reluctatum eſſe. Quæ porrò a- ciderint, hîc quidem nunquam re- tabo, nec exiget quisquam, qui fœm- neis conciliabulis ſemel interfuit: cam tamen quod in buccã mihi ſpo teinfluit, duodecim Herculis con- ctus, pueriles & pudendos eſſe, ad c- cimum tertium muliebrem, in q quid conflagraſſe mirum eſt?

Nunc verò diſceden- dum.

21. AULA.

e Tyrannorum aulis, ad quorum nutum homines reguntur, & divinæ venerationi illuditur.

STupendum eſt, qnod dicturus ſum hîc; non licuiſſe, ut ante vultum, quo libebat flectere: ſed ad nicam Imperij ſtatuam, ora omnium, ua neſcio arcana vi, fuiſſe convernda. Quod enim hîc proſtabat viontiæ arcanum, id magnetico quodã npulſu ſimul omnes motu ſuo moveat: Ridebat, & cachinabamur omnes: triſtabatur, & ejulabamus oẽs: bebat, & inebriãmur omnes: dorebat, & ſtertebamus omnes: exerbatur, & defatigabamur omnes: deque Deo adverſabatur, & impugnaamus cœlum cuncti. Nec tamen aparebat, quanti in publicam ſalutem ſet meriti, præſertim cum cruore & dore humano paſceretur, & quoti-

dianis hominum lanienis ei eſſet lit
dum. Dicebatur autem Panthei c
ſtos eſſe, ac humanæ tranquillitat
anchora, neq; proſcriptionibus co
tra muſſitãtes ulla diei hora vacaba
Cumq́; mecum rei indignitatem æg
digererem, multi ex amiciſſimis me
mihi agniti ſunt, qui alioquin in reb
mortalium valde quæruli:& cætera
verbis res agatur, limpidiſſimi culte
los ſuos ad innocentiſſimorum cruc
tus porrexerunt. Cumque forte fc
tuna de coëmendo unius jugeri agel
cõſultaretur, audivi pretium bis ce
tũm ſanguinis humani minarum d
poſci, & leviculum quid æſtimari. P
ſtea & id per otium controverſum e
qui nos omnes ſemel de die tenuit
paſceremur, illa verò ſtatua quoq
die ſplendidiſſimè ſexies epularetu
Cujus conſilij quisquis iconograph
exhibuiſſet, centum viros bonos pc
ſet impune occidere. Memini hîc
diſſe perpetuos convivas, blaſphen
am, adulterium, crapulam, mend
ciu

cium, faſtum & homicidium, ſupraq; alios eminentes athoiſmum & ſimulationem: quibus quisquis conveniéter utebatur, temporario aliquo, ſed tum brevi, tum variabili favonio utebatur. Tantum verò abeſt, firmam hujus Idoli gratiam impetrare poſſe, ut octoginta ſervitutis duriſſimæ anni, vix uni benigno nutui æquiparentur. Hìc monitus à meo, ut adorarem loci Numen, non parvi, certus ſi quid duri in me decreturus eſſet, citius ſubire, quam quotidianis cruciatibus me ſimul & conſcientiam, integritatemque omnem exponere. Subvenit anxio Deus meus, & ex voto liberavit.

22. LICENTIOSI.

De potentum & divitum mundi inſolentia ac vanitate, quibus elevati & alios contemnunt, & ſemet inanibus paſcunt.

QUis unquam credat, tantam eſſe hominum ſimplicemque tolerantiam, ut quos pridie vi tua aliqua opinione extulit, eos hodie ab omni juris æquitatiſque obſervatione ſolutos ferat, & in ſummis licentioſæ vitæ exorbitationibus, honorificè ſaginet. Nam cùm ex aula me ſubduxiſſem, incidi in libertinorum aliquod genus, qui pugnis me ob hoc unum miſerè dedolarunt, quod de impietatis ſuæ privilegio imprudentius dubitaſſem: Nec impedivit id comes meus, alioquin injuriarum impatiens, ſaltem ut poſthac & alios edocerem, eſſe ordinem, cujus Deum & homines contemnere, & ad arbitrium vivere liceat. Nam cum religione alij, aliqui legibus cohibeantur

tur, hunc unum, nomen & nummus ab omni devotione, ac humanitatis officiis abſolverunt, & humanorum onerum immunes reddiderunt. Cumque poſt caſtigationem meam timidius & obliquè in arcana ordinis intenderem, in mediis blaſphemiarum, libidinis & rapinarum horroribus placuit, nec morborum, nec animi cruciatuum, ac præ reliquis Mortis imperium excuſiſſe. Itaque judicij divini ſtigmatibus ſubinde nobilitabantur; ut, quibus aliquandiu graves ſatis & ſanguiſugæ fuerunt, ad eorum preces & pro Deo interceſſiones abjectè confugerent. Dicam hîc quid viderim. Cum fortè ad prandij tempus adventaſſem, conſederant licentioſi illi, & inaurato rerum apparatu reſplendebant; apportabantur fercula, & miniſtrorum magnus numerus in procinctu regiæ adminiſtrationis aderat. Cum operirentur patinæ, nihil inerat, niſi quantum aërerepletæ eſſent, nec minus illi delicijs ſuis involabant,

bant, & (quid enim aliud dicam) aërem depaſcebant. Idem in potu factũ: Nam & fundebatur, & hauriebatur aër, magno ſtultitiæ ſpecimine, niſi turgeſcere illos palam animadvertiſſem. Inflabantur enim, ut crepituros aliquos metuerem, vano tamen timore, ut qui chamæleontes neſcivi, quibus is eſt aëreus ludus. Me ſanè cum invitaſſent, & fames ſedare perſuaſiſſet, nihil eorum ſatiavit, niſi, quod neſcio quæ ventris meteora ſum perpeſſus. Ita ſoluto ſymbolo, qui nummi ſonus fuit, facilè veniam accepi, & ſumpſi, ac abij.

23. FAMA.

De memoriæ hujus mundi vanitate, cui quisquis credit, magno quidem teſtimonij alicujus umbram emit, at decipitur.

NOn fallimini Lectores mei, quotquot mera abſurda expectatis; nec enim tam fluctus fluctum excipit, quam in mea narratione vanitas vanitatẽ. Nam qui jamjam ab aëreo convivio jejunus diſceſſeram, nunc folles inflare, & impregnare utres jubeor. Sed locus prius deſcribendus eſt. Is fornicatus erat, & columnarum ſuffulcimentis præclarum aliquod fanum repræſentabat; arte ita conſtructum, ut emiſſam vocem aliquoties non injucundè redderet. Latera antiquis inſcriptionibus, & bonæ memoriæ dedicationibus oppleta erant; nec quicquã, quod felix aliquod ingeniũ immortalitati conſecraſſet, aberat.

Non hîc diffiteor errorem meum fuiſſe dulcem, & tam ſolicita poſteritatis alloquia avidè à me eſſe delibata. Quis enim nolit Mortuos audire loqui, quantumvis lapideâ linguâ; aut ſalutationes ex Eliſijs non excipiat, quos fortaſſe nondum Aeacus abſolviſſet? Age verò erremus cum cæteris, dum nihil quod viderim reticeam. Fama, quæ huic atrio præſidebat, in ſublimi ſubſellio conſpicua, à diverſiſſimis hominum generibus colebatur: quorum alterum poſſe, alterum ſcire plurima jactabat, eo quantum animadverti diſcrimine, ut rarò in quopiam convenerint, niſi quod potentes ſcientiam mentirentur, ſcientes verè magna ſubjectionis ſimulatione Tyrannidem affectarent. Hîc in tāta turba à ductore meo vix tandem intruſus: veneratus ſum (non diſſimilabo) inutilem ſtatuam, & cum reliquis ſum Nominis æternitatem precatus. At ó impoſturam! Cum enim cartas meas obiter inſpectaſſet, & in faciem etiam impu

impudenter collaudaſſet, primùm graviter, & ſub tubæ ſono edixit, ut quiſquis vellet, idem ſentiret, & ſi integrum eſſet, eloqueretur. Poſtea in immortalitatis fiduciam, judicij ſui ſolenne teſtimonium contulit, cujus beneficij gratiam multis noctium pervigilijs, & ſanitatis diſpendio, præter multiplicem moleſtiam ſum emercatus.

Erat autem tale meæ induſtriæ encomium, quo dignus judicabar, qui ſordidiſſimi, & imperitiſſimi ex plebe linguæ inſiderem, donec me illa expueret, cum expreſſiſſima cautione, ne cordati alicujus, & emunctæ naris labia ingrederer. Id aureis quidem literis perſcriptum erat in charta, quæ cujus materiæ fuerit, haud liquet, ſed liquefactam mihi in manibus, & ſolutam eſſe certum eſt. Ibi imprecationes non deerant quidẽ mihi, ſed quod imprudentiæ meæ potius quam Famæ ſuccenſendum judicarem: exoravi tãdem conductorem meum, ut huic et-

iam infamiæ meæ finem imponere fecit, & non ſine ludibrio abſtulit.

24. LITERÆ.

De literarum jactantia, quæ perfecta hominibus pollicentur, & mutila ac umbratilia exhibent: ubi & de literatorum mollitie & ambitione.

INde in Typographiam eſt perventum, non illam quidem, quæ inter prima humani generis benefici merito numeratur: ſed quæ numeroſis inanium literarum exercitibus cõſtabat. Nam quod alibi in coacervandis regijs gazis fieri ſolet, aut inſtruendo armentario, id totum hîc impendebatur vocabulis, neque minus piaculum erat, vocem unam contrectaſſe quam ſacrilegio ſe, aut Epheſini templi incendio contaminaſſe. Itaq; ſeri mihi injungebatur, ne quid per injuriam forte tangerem, quod piaculum

ultimo ſupplicio eſſet luendum; nec poſſe placari literarum cuſtodes ajebant, ſi ſemel vel imprudenter etiam offendiſſem. Hîc ciſtæ erant, varijs alphabetorũ caracteribus refertæ, quibus res humanæ oẽs ab origine mundi denotabantur, & memoria præteritorum ſeculorũ retinebatur. Dein, quicquid labores mortalium edoceret, & inſtruméta actionũ ſuppeditaret: tum Naturæ etiam ſcrutaminibus inſerviret, hîc infinito numero, ſed ſub claſſiũ aliqua diſtinctione cuſtodiebatur. Non ingratum erat rerum hîc contentarum & titulos audire & legere, ac in ſpem certam inſigne aliquod orbis cõpendium cõtemplandi erigi: At quod peregrinationis meum ſolenne ſemper fuit, irrito eventu. Nam qui caracterum interpretes, ſive myſtæ aſtabant, præter infinitas contradictionũ confuſiones pollicebantur.

Cum enim orbis hiſtoriam expectarem, fabulam audivi: cum Naturæ anatomiam, neſcio quas conjecturas: cũ

cœli motiones atq; vires, ineptum al
quem aſtrorum diſcurſum : cum nu
merorum miſteria, lucri ſubductione
menſurarum arcana, agellorum diſcr
minationes , ponderum ſubtilitate
fraudum libellam: cum ſonorum ha
moniam, laſciviæ incitamentum ẽ
audiebatur: denique quicquid hîc e
rat, pro titulorum jactantia præſtan
dum, id aliquo artis ſimulacro elude
batur, nec ſe minus oſtentabat magn
ficè, aut hominibus exprobrabat in
gratitudinem. Et cum mihi viderer
tur vita planiſſimè indigni, delicatiſſ
mè alebantur, inter ſeſe etiam hono
rum titulis liberaliſſimi. Nam ſi qu
paulò artificioſius eſſet mentitus, e
aliquot hendecaſyllabi, & panegir
corum variæ corollæ decernebantu
quibus ille ſe paulò infra Deum, ac ſu
pra omnes orbis Monarchas effereba
omniſciæque Deæ à privatis conſili
audiebat. Ego, quia ſilendum hîc era
nutu me rerum humanarum arbitr
officiosè commendavi, & mox à me
mon:

nonitus, magnæ obſervantiæ ſimu-
atione diſceſſi.

25. ARCANA.

De malignitate arcanorum Reip. quibus humanus ſanguis funditur, & mortalium juga fabricantur: ubi contra ſtatuum declamitatores cautio.

EXinde in emporium aliquod, varijs mercimoniorum generibus repletum devenimus, jucundi uique ſpectaculi, & quod univerſale quiddam orbis theatrum repræſentaet. Ibi videre erat venum exponi, quicquid humanæ mentis phantaſiæ lluberet. Nam quæ Natura etiam nõ habet, hîc proſtabant, abſtracta ſcilicet, veluti menſeitas, ſcyphitas, & quæ alia verborum monſtra. Hîc cathe-ulæ exponebantur, quibus ſubditi incirentur; & cucurbitæ, quibus ſimplicium ſanguis extraheretur; & ſta-teræ,

teræ, quibus Reſpublicæ librarentu
& perſpicilia, quibus color alius re
bus viſibilibus affingeretur; & fiſtulæ
quibus vigilantes ſoporarétur: & cre
pitacula, quibus timidiores terrefie
rent: & baculi, quibus papaverum ca
pita demeterentur: & tubæ, quibu
tranquilli excitarentur. Sed quid ag
infinitane illa recenſebo, quibus am
pliſſimum forum abundat, & oculi pa
ſcebantur, & ementium vendentium
que multitudo occupabatur. Vidi in
ſtrumenta proſtare, quibus paca
Reſpublica turbaretur: & mox ali
quibus turbata componeretur: ac al
bi, quibus in varias, & quas velles fo
mas, transmutaretur. Quos dum pro
portionum circinos intueor, anima
verti, humanum ſanguinem redoler
imò cruore totos madere, quod exho
reſcens ad mitiora me contuli, ea i
primis quæ felicitatem, quæ ſanitat
quæ divitias hominibus polliceba
tur; claviculis illis non abſimilia, qu
bus ſeræ effringuntur. Præ reliquis t
m

men me refecit hiſtrionum, & circulatorum turba, quibus univerſum forum ſcatebat, ſingulis ſecreta ſua mirum in modum extollentibus. Erant qui ſagum, qui togam, qui peram, qui pileum, qui ſaccum, qui marſupium, qui cilicium, qui funem, qui crepidas, qui ſceptrum, qui ferulam, qui baculum, qui campanulam, qui mare, qui terram, qui ignem, hominibus cõmendarent, & in ſingulas ſupremæ felicitatis ſummam includerent. Ibi mihi viſus ſum, humanos vitæ ordines animadvertiſſe, in quos plerique imprudentius inciderent. Quod enim quiſq; emerat, ei mox laudem, & impoſtori aſſenſum dabat, cum proximi contumelia. Ego quid emerim, vix opus eſt ſcire; nam & pœnituit deperditi æris, & conductor meus à curioſa contemplatione ſubitò me abduxit.

26. PROTHEI.

De Politicis hujus temporis Vertumnis, qui cum religione & juſtitia ludunt, & magna lubricitate cum fortuna luctantur, donec in conſilij Divini caſſes incidant.

NUnc recitandum eſt, quod nec ipſe ſcio, nec humana lingua facilè explicabit, nec ſenſuum miniſterio comprehenditur. Poſteaquam enim in publicam aliquam caveam introductus eſſem; vidi animalia haud quidem ad communem formam, ſed nec planè inuſitata. Iterum moneo, oculis meis fides haberi non poteſt, nec enim mihimet credo, & præſtigias meras nuncupo. Videre tamen viſus ſum quadrupedes aves, ſimias volatiles, ſerpentes erectos, repentes canes. Audivi balare lupos, ululare oves, rugire aſinos, & rudere leones. Perſtrepebat luſcinia, & mo

dula

dulabatur anſer. Cumque novitate ſpectaculi delectarer, ne hoc quidem fuit immutabile: itaq; paulò poſt ſcire debui, non ſonos ſaltem, ſed & figuras licere cuivis animali, quaſcunque liberet, induere: nec aquilam minus, quam upupam velle videri, eſſe integrum. Hinc erat, quod ventorum afflatum ſolicitè obſervarent, ſcilicet unde conjicerent, quam formam aſſumere expediret. Inter ea reſcivi eſſe homines, qui beneficio Genij loci, redditi eſſent in quoscunq; Mundi caſus verſatiles, ſed & Deos facere, ac ſi luberet, delere potentes. Illis jus eſſe Principis voluntatem; vivendi regulam, exemplum: humanitatis officiū, accommodationem. At ut verum non diſſimulem, non habitus ſum ullibi benignius, adeò omnia mea approbabantur, niſi quid fortè mihi vellem benefactum. Ajunt enim legibus ac charitatis mutuæ teſtimonijs ſolutos eſſe. Hîc ſanè conductor meus, ruſticitatem mihi virulenter exprobrare ordie-

ordiebatur, ut qui mihi æternum in niterer, nec unquã poſſem ad tam laudabilem morum facilitatem inflecti. Quid enim ajebat homo aliud, ſis niſi præteriti diſcipulus, præſentis miniſter, futuri ſperans, ſimul verò univerſi temporis mancipium: Non enim tu mutabis quicquam, ſed mutaberis vel ſponte vel invitus, vel ſanè in obſtinatione tua interibis. Hi verò, quos ad omnes eventus vides circumſpectos ad cunctos caſus paratos, & cujusvis adverſi impetum tolerabiles, meritò invictos fateberis, & orbis hujus domitores. Me tamen ſpectaculum magis detinebat, & neglecta tam abſurda commonefactione, oculos hinc inde circumjaciebam, ſi quid fortè hîc infelicitatis deprehenderem: Nec fefellit me diligentia. Nam circumiens vorax aliquod animal fortè aſpicio, quod omnibus in univerſum mortem denũciabat, & fruſtra transmutantia, fruſtra cantillantia, fruſtra quoque obſecrantia, ridens etiam eorũ lachrymas paſſim

paſſim devorabat: & jam mihi appropinquaverat, frigido ſudore madenti; cum me conductor è mortis faucibus ſubduxit.

27. PHILOSOPHIA.

De Philoſophia in univerſum, quam parum ſolidè hominibus ſatisfaciat, & cum maximè opus habent, tandem deſtituat.

HIc mihi iterum retroeundum, atq; poſt moleſtũ iter tenebrarum caverna repetenda erat, ſcil. quæ in aliam miſeriæ plagam me mitteret, cumq́; vertiginé iterũ eſſem perpeſſus, illuſtre Palatium excepit, auro, gemmisq́; corruſcans, ſed die expers, & quod candelis ſaltem illuſtrabatur. Dea loci anus, & modeſto habitu veneranda, verborum etiam lenitate, neſcia quam Majeſtatem repræſentabat. Peplũ tenue, & nubibus persimile caput involvebat, magnæ divinitatis augurio. Circumcirca libris obvallabatur, & ſubinde oracula dictare

ctare videbatur, magnâ Notarioru
attentione. Eam cum pronus ſaluta
ſem, juſſus aſſidere, ne quid turbaren
Vidi velut ad Sanitatis numen, omn
morborum genera adduci. Primi o
mnium, quibus me præſente rem
dium quærebatur, ſylveſtres erant,
moribus indomiti, quos cicuraret: D
in inſatiabiles, quibus nec mare ſitin
nec terra famem reſtinxiſſet: Mox v
latiles aliqui, qui mundi terminos
vagari tentaſſent: Plurimi verò cœc
qui ad plenum Solis lumen palpit
rent: nonnulli etiam, quibus ungu
in hominum perniciem excreveran
Vidi adductos, qui ſemper tremeren
qui ſemper riderent, qui ſemper pl
rarent, qui ſemper dormirent, q
ſemper nutrarent, qui ſemper canti
larent; & infinitas alias ægrotantiu
ſpecies, quas ne Aeſculapius quide
omnes agnoſceret. Hîc mihi pron
ptitudo Matronæ mirum in modu
placebat, & indefeſſum inquiren
ſtudium, verum quod lippiret, &
cand

candelas omnia fiebant: jam tum deſperavi de ſanitate. Poſtea & curandi modus diſplicuit: Nam præter embammata, & inunctiones, ac denique ſoporationes hîc nihil erat, quod ſalutem redderet: & delinire mihi morbos potius viſa eſt, quam curare. Qui cœci fuiſſent, cœcutire, qui muti, balbutire: & ſurdi quondam, ſurdaſtri mihi videbantur: ac qui ferocijſſent, multum etiamnum torvum videre. Acceſſit & alia anus trepidatio, quæ obligatos, & non nihil ſaneſcentes, quam ocisſimè dimittebat recidivarum timida. Erat mihi tum caſu, an bonâ fortunâ, ſtomachus cibi impatiés & nauſeabundus, quem cum manu tetegiſſet, oleo juſſit inungere, quod per adminiſtras porrigebat: cujus is fuit uſus: ſi quid commediſſem, ejus quam primum oblivîſcerer, & ejectionis loco, neſcio quos inteſtinarum tumultus perferrem; quod modicum ſolatij magno mihi conſtitit. Nam is etiam [illegible] meus ibi correctus eſt; cum ex-
 penſis

penſis nummis didici , tantam huma nitatem gratis haud exhiberi : Atqu ita honeſtè in ſpeciem dimiſſus ad al perrexi.

28. SCHOLA.

De ſcholaſtica eruditione, quæ in verb ſaltem ſubſiſtit, nec unquam animum to ſcientiis parem & divitem efficit, ſed inani titulo dimitit.

QUod primũ occurrebat, ſcho la fuit : id enim ex pulvere, & cimicibus collegi : certior ta men conjecturæ meæ cum betularu ramis, omnia vireſcerent. Ingreſſus u fui, libellus oblatus eſt, cum lectioni notatione, quam dependerem. Ne tutabatur hoſpitij aliquod privilegiũ quoniam id unum erat loci hierogli phicum, diſcere , dolui vel ob illud quod libello meo occupatus, non lice ret in arcana hujus delubri inquirere nec tamen abſtinui, & lyncis oculis Pç

dagc

dagogam ſum contemplatus, quam poſtea memoriam eſſe didici. Ea diſcipulorum ſuorum capita perpetuis calidiſſimorum linteamentorum fricationibus ſiccabat, quo intruſa fidelius ſervarent, & repetita in omne tempus redderent. Id enim loci debitum eſt, ſcire ex omni literatura, quicquid Majores noſtri vel fortiter feciſſent, vel dixiſſent ſapienter, & fluente promptitudine poſſe recitare, etiamſi planiſſimè neſcias quid dicas. Cum enim ex condiſcipulis meis aliqua in rem meam quærerem, de quibus paulò ante cum admiratione mea declamitaſſent, negarunt tale unquam quicquã in vita animadvertiſſe. Inde de fortitudine loquebantur trementes; & de ſobrietate ructantes; de virginitate cinædi: de liberalitate uſurarij: de æquitate prædones: de pietate ſacrilegi: & quod penè riſum mihi movit, de crepundijs ſenes aliquos cũ pſpicillis diſputãtes obſervavi. Circũibat interea importunus meus, & Memoriæ aliqua in

 aurem

aurem muſſitans, movit, ut in me et-
iam oculos conferret. Ego ſive diſcen-
di pertæſus, ſive moræ impatiens, cum
nihil omninò vel ex frequenti lectio-
ne, vel ſociorum etiam collatione
ingenio ad res humanas formando ac-
cederet, neſcio quam imprudentius
fugæ cogitationem prodidi. Tunc Pæ-
dagoga profunde, & ridente vultu ira-
ta, candenti ferro duo ſtigmata fronti
inuri juſſit, literas quidem: B. enim &
M. characteres erant, ſed ignorantiæ
perpetua teſtimonia. Inde amarè ri-
dens, ubi inquit, & hîc fuiſſe gloria-
tor. Tunc libello in terram projecto
& imprecationibus quibusdam de-
properatis cum ulterius fervere in-
ciperem, manus injecit ille infelici-
tas conciliator meus, & pæda-
gogio haud uſque invi-
tum ejecit.

29. ARISTOTELES.

De Peripatetico doctrinæ genere, methodo, & fictitia ſublimitate, tum ſummi boni, & naturalis cognitionis jactantia, cum Politicæ prudentiæ oſtentatione.

NOn procul ire oportebat: Nam hæc terra omnis formandis ingenijs ſacra erat, & naturæ ſcrutaminibus dedita. Itaq; in Muſæũ aliquod cameratum, & undiq;, ne aëris injuriæ pateret, obſtructum, ingredimur; terra ſtragulis operta erat, ſive in luxum, ſive optatæ quietis ergò. Nam quoscunq; hîc vidi, meditabundi erant; vel oculis in cameræ cœlum immobiliter intentis: vel naribus ad terram admotis: vel auribus ad ſuſurros quoſdam porrectis: vel lingua liquores diſcernente: vel manibus tepidæ aquæ immerſis. Sedebat inter illos vir barbæ quam ſtaturæ longioris,

oculis aquilinis, naſo ſagaciſſimo, qui quoſcunq; approbavit (id quod poſt venæ inciſionem ex humoris dijudicatione fiebat) eorum linguas acutiſſimo ſcalpello circumcidebat, ut jam exinde ſecretius & captioſius loquerentur: dein fili tenuioris glomum ſacri ordinis ſimbolum diſtribuit, quorũ initijs ad muſæi clavos appenſis, jam tutò in anfractuoſos terræ meatus exirent, & naturam omnem perveſtigarent. Hîc enim offerebatur, quicquid univerſus orbis contineret, & in minutis globis delineata monſtrabantur quęcunq; Macrocoſmus cõprehenderet. Superbiebant ergò qui hîc fuiſſent recepti, & ex antris redeuntes mirificam peregrinationis ſeriem & pericula recitabant, ſpectris & lemuribus frequenter inſperſis: & quod miremini, etiam tenuibus & inviſibilib. auris deſcriptis, quas extra mundi cardine evagati reperiſſent. Ipſe verò omnium hominum, & ſuorum etiã contemptor in aliud intentus erat. Aiebant enim

arcen

arcem fabricare, quę Dijs, hominib. inexpugnabilis foret, cui ſe cum delecta manu includeret, & veritatẽ raptivam ſecurè poſſideret. Eum enim talẽ tantumq; eſſe, qui varias Sophorum obſidiones vel fregerit, vel eluſerit, ut jam invictus paſſim audiat, neq; quicquã ſupereſſe videatur, niſi cõdigna imperij ſedes. Jamq; delineationib. perfunctus, regulis & legib. occupabatur, quibus cives & præſidiarij ab ipſa felicitate regerentur. Hanc enim uxorem ambibat, virginem, emarcidus ſenex, & ſpecioſiſſimis munuſculis ſolicitabat. Illa verò quod ſolutam veritatem ſociam vellet, varijs internuncijs tẽpus trahebat. Neq;, dum ego ibi fui, in urbis novæ regimen conſenſerat.

Sed de me etiam aliquid audiamus. Cum enim hujus Enciclopediæ libido animum meum invaſiſſet, ſuſtinui & linguæ ceſuram, & glomeris munus admiſi. Verum cum jam ſimpliciſſimum ſenſum monſtroſè eloquerer,

&planiſſimas res oeſtro velut percitus intricarem: deniq; in antrum aliquod ingreſſus, nihil eorum viderem, quæ mei antegreſſores fuiſſent mentiti, ſerò philtrum eſſe ſum expertus, quod apparere res non adeſſe, & ſomniare non ſcire vel poſſidere faciat. Hoc tamen beneficij mihi Deus impertijt, ut quo momento pedem muſæo extuli incantatio hæc vana me dimiſerit.

30. GLADIATORES.

De diſputatorio eruditionis ſtrepitu, qui iniquus ſit omnibus paſſim ſcientijs, & ſibi ipſi contradictorius.

NOn tamen plenè hujus imperio ereptus ſum. Erant enim in alia contignatione congregati Senis illius numeroſi ſatellites, haud quidem in literatorum formam togati, piliative: ſed machæris, & Martis varia ſupellectile formidabiles: hîc mira

mira apparuerunt. Nam linguas ignitas cuncti habebant: non Apoſtolico fervore, ſed candentis pectoris flammis accenſas: oculi ſcintillabant, & enſes ſubinde vibrabant, ſi quis fortè congredi vellet. Nihil tam moderatè, aut circūſpectè hîc dici poterat, quod non ſubito fuiſſet exagitatum, exaggeratum, & verborum ſtilis diſpunctum. Me mutum planè, & contrementem undiq; excuſſerunt, ne minimus forte cultellus, vel aciculus etiam ſub veſtibus lateat. Erat mihi caſu ſtilus ligneus, quo dentes purgare aſſueveram, tum ad ſiniſtram aurem deprehenſum, immane eſt, quantum injurijs oneratint, & manifeſtiſſimæ proditionis convictum habuerint. Ego, qui jurejurando innocentiam meam & innoxij ligni uſum teſtarer, tantis contra me concluſionibus & conſequentijs ſum obrutus, ut propè jam crederem inciperem, rem tantillam in pacato etiam regno eſſe periculoſam. Et tum quidem pereundum erat, niſi

D 3 con-

conductor meus evicillet, non licere ſibi concreditos morte mulctare: plagas tamen aliquot humeris meis admiſit, quarum cicatrices nulla mea ætas delebit: mitigatus verò non nihil ſum, cum paulo poſt in ſeipſos inſurge-
,, rent. Nam Andabatarum more dubiis
,, & cœcis verberibus inter ſe digladiabantur, nulla victoriæ nec ſpe, nec aſſignatione. Vidi hîc Biblia in minutiſſima folia diſcerpta, & Juſtiniani codicem modo non in pulverem contritum, ac Hippocratis herbas in favilla
,, diſploſas, cum interim pietatis, juſti
,, tiæ, & ſanitatis Antiſtites dicerentur. Cumq; paulo ante cartas variè diſperſiſſent, nunc ſolicitè colligere: cum paulo ante conculcaſſent, nunc adorare: cum paulo ante confudiſſent nunc in claſſes diſtinguere: ac mox ad tumultus redire; deniq; omnia clamoribus commiſcere laborabant. Et contemplationis hoc ambulatorium erat dandæq; accipiendæq; rationis ſacrarium. Ubi quisquis reb. humanis præ
eſ

eſſe vellet, hîc examinaretur, & approbatus tutò ſalutem mortalibus diſpenſaret. At ego toto corpore ſudans, & vix ſpiritum languentem trahens, innixus meo, tacitè ac timidè erepſi.

31. NUMA.

De ſuperſtitione quæ homines obcœcat, & ſimul ſub miſerabile jugum conſtringat, fruſtra reclamantibus Philoſophis.

ALius ab his toto diverſus, ſacerdos haud procul hinc imperabat, non rationis curioſus exactor, ſed credulitatis conciliator induſtrius. Is mira devotione, & morũ puritate nil niſi Deum ingemiſcebat, & cœlica cõverſatione fruebatur. Nã ecſtaſin ſubinde patiebatur, & divinis colloquijs abſorpt9. Ubi humanis imperfectionib. reddit9 eſt, Deorũ voluntatẽ ſedulò interpretabatur: & humanã ſalutem cum lachrymis & ſuſpirijs procu-

rabat. Inde totus in Deorum cultu oc-
cupatus.

Quicquid erat opum, quicquid pre-
tioſiſſimæ ſupellectilis in Deorũ imagi-
nes cõflabat, quib. mortales in omni-
malorum ſubſidia uterentur. Itaque
pharmacopæia mihi tota regia vide-
batur, quæ omnibus malorum gene-
ribus, ſalubre aliquod cœli donarium
opponeret, & humanum genus beati-
tudinis incolis totum conciliaret. Hîc
videre erat immortalium cum morta-
libus velut commercium, colloquia,
amores, lites etiam, & bellorum mi-
næ. Hîc mutuæ literæ mittebantur
& reddebantur, quibus cœlitum res-
publica, ac Jovis conſilia cuncta pate-
fiebant. Cæterum non erat otioſum
quid, Deorũ conſuetudine frui. Nam
niſi quis & ſanguine ſuo litaſſet, & fla-
gris corpus maculaſſet, tum in ſacrum
cultum omnia propè prodigiſſet, non
dignus habebatur cœleſti amicitia. I-
taque & cœlum haud rarò negligenti-
bus iraſcebatur: & ſummus ſacerdos

quic-

quid vellet, ex nubibus vocabat, quibus prophanos territaret, & ferociam incredulorum cohiberet. Ac animadvertiſſe me memini, cum Deorum reſponſa pro cujusvis ingenio interpretaretur, ne quisquam tam ſacras perſuaſiones faſtidire poſſet: ego tamen exinde occaſionem ſumebam, acrius in tam ſacerrimum hominem inquirendi: quem cum paulo attentius, ac ex inſidijs intuerer, vidi inter lachrymarum flumina ſuaviter ridentem, & ſtultitiam hominibus ſubmiſsè exprobrantem. Itaq; quæ Deo petebat, ſibi quærebat, & ſecura poſſeſſione ijs fruebatur, quæ per ipſum homines cœlitibus tranſmittebant. Nec erat id plane clancularium, ita tamen imprudenti turbæ incredibile: ut, qui id monſtrare tentaſſet, nunquam acerbam mortem effugiſſet. Cum enim nonnulli hæſitaſſent, & in dubium vocare cepiſſent, cicutam bibere juſſi, ſubitò interierunt. Quæ me res movit, ut ne irreligioſior fortè appaream,

diſceſſum à meo anxiè petierim: Ne fuit ille difficilis, & in Sacerdotis ſanum aſcendere juſſit.

32. IDOLA.

De rerum terrenarum cultu, cui ſe homines totos committunt, & in vaniſsimarum rerum amore abſorbentur: ubi & de Hipocritis.

DIxeram imaginum varia genera, ex quolibet metallo ſumptuosè ſimul ac infinito numero conflata eſſe. Ea hîc erecta fanum undiq; opplebant. Id figura multāgulari conſtructum, & multis cellarum concamerationibus inexplicatum, varia devotionis miniſteria admittebat ſimulacrorum æq; capax, ac hominū. Hîc ex omnibus terræ climatibus homines convenerant: Europæi, Aſiatici, Africani, Americani, & qui ad utrumq; polum hactenus fuerunt incognit

;niti: qui ex Patriæ ritu pro ſe quisq́;
)eum ſuum & inquirebat, & repertū
/enerabatur, maxima utiq; cultus mō-
troſitate. Sanguinis autem humani
itatio & ſacerrima erat, & frequen-
iſſima, ut Deos omnes cruorem ſitire,
ac hunc liquorem epulari ſuſpicarer.
Erat autem viſu planè admirabile o-
mnium animantium, imò & inanima-
:orū ſpecies pro dijs adorari. Nec quic-
quam tam vile aut ridiculum terram
:ontinere, quod non hîc Deus habe-
retur. Nam ut Deorum quos antiqui-
tas confingit, nomina omittam; hîc la-
na, hîc coriū, hîc bombix, hic vitis, hic
ſpica, hic olea, hic metallū, hic mine-
rale, hic vegetabile, hic liber, hic enſis,
hic ligo, hic loculus: & ne bruta omit-
tamus: hîc aſinus, hic talpa, hic porcus,
hic graculus, hic ſimia, hic lingua, hic
venter, hic cerebrum, hic libidinis in-
ſtrumenta colebantur: omnia maximæ
religionis oſtentatione, ſed majore hu-
mani generis dedecore. Quisquis n. in
hoc fano ſpectator non aſtitit, nunquā
huma-

humanam cœcitatem miſereri ſat pο-
teſt, aut ineptiam ridere. Ego ſane ob-
riguiſſem hîc ſpectaculi ſtupore, ni
me intermixta crudelibus ridicula ſu-
ſtinuiſſent. Cumque ita fanum reli-
gioſo greſſu circumirem, vidi in angu-
lo quodam tanti zeli homines, qui pe-
ctus cultello aperiri curabant, ut icun-
culas magno ſasis numero intromitte-
rent, quibus in ſe certis devotionum
legibus receptis, jam divinitati, & ve-
luti ſemideum genus, hominibus ve-
nerabiles credebantur. Quos, ſi qui
imprudentius tetigiſſet, piaculum e-
rat, & feſtinato ſacrificio expiandum.
Ibi cum patronum mihi eligere, & tu-
telarem Deum differrem, ferè execra-
bilis fuiſſem factus. Itaque à meo du-
riter monitus, cũ nullus omnino Deo-
rum placeret, tandem oblivioné ſup-
plex ſalutavi: quæ mihi inter tot ad-
verſa ambulanti animum ſubinde de-
fæcaret. Et auditus mihi videor, ſi non
plane ex voto, ſaltem ne ut ante cum
tanta malorum memoria ſemper con-
fligere

ligere neceſſe ſit. Id qualecunque ſoatium in tempore ſuſceptum. Cum nihil, quod contemplarer, amplius retaret, diſcedentem meum conductorem, diductis paſſibus ſum inſecutus.

33. ZOROASTER.

De Magiæ illectamentis, & mendaciis, quibus curioſitas humana, inevitabili damno paſcitur.

QUam vellem nunquam fuiſſe ad hæc montium præcipitia attractus, tanti horroris & vaporis habitacula, & alius, quæ ibi ſint ſcelerata, recitaret, qui apertis oculis auſus eſt intueri. Ego ſanè & lumina hic & aures cuſtodivi: dicam tamen quid ab aliis acceperim, & inter peregrinationis ſcopulos numerabo. Eſt in vertice montis loco vix acceſſo, ſaxum prægrande, intus cavatum, foris perpetuis tenebris obſitum: januam non habet, ſed exiguum foramen, cui irrepen-

pendum eſt, ſi quis velit immitti. Ibi
ve incubum aliquem, ſive inferna
gymnoſophiſtã habitare ajunt, ſing-
lis menſibus ſemel conſpiciendũ, cę-
ra caligine ſua indutũ. Voluit ſors m
nõ apparuiſſe, dum trepitus ſpectat
adfui: At ſi non, & cynops, tum Pyth-
goras atq; Appolonius, cum Ophita,
Gnoſticorum, Montanianorum, Ra-
narũ, Brachmannorum, & quorũ n-
mina non ſuccurrunt, turba, frequẽt
hîc diſcurrebant, ſubinde per foram
illabentes, & nova miraculorũ ſign-
ta adferẽtes. Non licuit mihi hîc lo
ſed nec intelligere. Nã caracterib.
ac numeris, tum mõſtroſiſſimis figu
res agebatur: & ſi ꝙ verbum prodib
mugire boves, non loqui homines
xiſſes: ac tũ viſus mihi ſum in O'ai il
aut Saxonis grãmatica, terra eſſe, q
mera monſtra & ſubterraneos inco
gignit. Nam quæ alibi anilia hab
tur, hîc vera eſſe propemodũ credi
cum Lunam viderem cœlo deduci,
mortuos reſponſa dare, & homines

›os induere, arbores etiam inter ſe col-
oqui. Qui intus fuerunt, referunt te-
ıebroſa teſtudine in opaca aliqua va-
tiſſimæ latitudinis loca deſcendi: ubi
erum vel peractarum vel peragenda-
um fabula, quamcunq; velles tibi ve-
ut in ſcena agatur, & mundi quaſi e-
›itome conſpiciatur. Dein etiam ar-
anorum librorum bibliothecam ibi
pectari, qui olim vel interijſſent, vel
b occultioris Philoſophię Symmyſtis
ponte abſconditi eſſent. Iis contineri
ıumanæ curioſitatis nutrimentum ac
abulum: imò quod incredibile mul-
is videri poſſit, & contentamentum.
nſuper & admirandæ fabricæ inſtru-
ıenta appenſa eſſe, quibus theſauri
el profundo mari, vel viſceribus ter-
æ intimis eriperentur. Sed fides pe-
es recitatores eſto.
Ego Cabaliſtarum mirabiles combi-
.ationes: & Chiliaſtarum intricatas
omputationes: & Stegonographorũ
nagneticas punctationes: & divinato-
um laborioſas illuſiones; & anicularũ
ſuper-

ſuperſtitioſas preculas: Denique u-
verſum vaniſſimæ impietatis cho-
gium aliquandiu tacitè ſum intuit.
Deo voti reus, qui intrudi tam fu-
ſto loco non eſſet perpeſſus. Ac ja
tempus erat etiã hanc tragœdiæ me
ſcenam terminari, & innoxio mag
interſcenio refici.

34. PRÆSTIGIÆ.

*De ijs, quæ ſuis involucris fallant, & f-
quentibus impoſturis fucum ſub ſa-
pientiæ aliqua opinione
faciant.*

IUcundum equidem erat intueri -
liquos haud quaquam joculares h-
ſtriones, ſed macilentos, calvos, f-
ſca barba, pallida cute, vultu ad le-
tatem & profundas cogitationes co-
poſitos, quibus in ſumma fame, & co-
poris algore Natura quicquid habe-
precioſi crediſſe dicebatur. Circu-
ibant interulis feneſtratis involuti n-
nus

ıutis gladiolis, multum ın prædam a-
quam hiantes, & tenui ſibilo : nec
iſi in ſeceſſu & angulis Patronos am-
ientes. Sarcinæ olidis aliquot libel-
s conſtabant, multa ac fuliginoſa pin-
uedine obſoletis, quibus Crœſi ma-
ores theſauri continebantur: additæ
: pixidulæ inæſtimabilis precij, &
uæ cum terreno globo nunquam cō-
ıutarentur.

Cum propius accederem, quidam
alliolo leviter apprehenſo, extra tur-
am invitat, & ad aurem mihi, Ecquid
ıquit Naturam nudam ac reſolutam
ontemplarier. Nam quæ facies tibi,
iaſtro ſignata eſt magno benefici cœ-
augurio. Atque ne neſcias ô ſapien-
æ fili, Genius meus tibi adduxit, ob
ii in eodem orbe, & officij hierarchia
cietatem. Ego, neſcio quid dicas, mi
omo, inquam, neque quod de natu-
dicis, prius credam, quam videam
minus famelicum, niſi fortaſſe Na-
ura tua uſque adeo nuda eſt, ut nec
, nec te poſthac poſſit alere. Abijt
ille,

ille, imò verius evanuit: Nam hoc ex-
pertus ſum id genus hominum poſſi-
dere, ut in facinore deprehenſi opp-
dò fiant inviſibiles, haud quidem an-
nuli Gygis virtute, ſed pedum benefi-
cio. Moverat tamen ſalivam mihi, u
propius tam admiranda capita intro-
ſpicerem, atq; hîc aliqua genera enu-
merare libet, quib. maximè ſpectato
atq; auditor aſtiti. Erãt itaq; aliqui, qu
artium omnium, ſcientiarum atq; lin-
guarum circulos pollicerentur, qu-
bus inter ſe nexæ eſſent, & uno labo-
re omnes ſimul cerebrum ingreder-
tur, à Lullio quondam rudè fabric-
tos, at jam elaboratos politiſſimè. A
Memoriæ liquorem verſabant, qu
quisquis vel leviter aſpergeretur, m
lena millia rerum lectarum imbib-
ret, & inſolubili tenacitate ſervare
Alijs ſpecula ſub palliis leviter pr-
micabant, quibus in rerum omniur
quascunq; uſpiam univerſus contin-
ret, contemplationem, & ſapientiæ
pſiſſimum regnum admitterent.

A

ılij theſauros olfacere aſſeverabant, ınta confidentia, ut magis laboribus ›ſi terram eruerent. Alij annulis o-ınem quam quis exoptaret felicita-:m deſpondebant, quæ vel doctos, el invictos, vel gratos, vel invulne-ıbiles etiam faceret. Alij miris rota-onum vertebris æternum aliquod ıobile non machinabantur, ſed pa-m multis auri maſſis venale expone-ınt, præconibus ad id pretio condu-is. Alij Chiroſophica agilitate cor-ıa circumſtantibus imponebant, aut ıſum producebant, aut loculos per-rabant. Alij, ijq; nequiſſimi, neſcio ıod familiarium Geniorum lenoci-um exercebant. Sed præ reliquis mi-rabilis Chymicorum turba hîc ope-ſa erat, pleraq; cum reliquis græco ſignata: at nonnullis ad impoſturas inus promptis. Hîc cum Magnates plurimum, ac opulentiores obam-ılarent, ac ſecretò penè omnia pera-:rentur, poſteaquam etiã Magiæ pa-m, præſtigiarum plurimum eſſe, an-›tavi, in rem aliam cum meo abij.

35. DIOGENES.

De cynica impuritate, quæ pudorem h· manum omnem ſolvit, & intra doliolum vanitatem & nequitiam includit.

ET hîc quidem ex negotioſa ter veni in otioſam, ubi non erat a· fectibus humanis locus, & ex ſ· lido lapide corporum compages ſ· bricabantur. Mirabile erat ſtatuas · mnibus membris perfectas non alit moveri, niſi locali motu, quo liberi· mè hinc inde ferebantur. Nam ſi qu earum vel percutiebatur, vel aduc· batur, vel acutis ſtilis fodebatur, nil ad ſe pertinere ajebat, & alijs ſerm· nibus occupabatur. Itaque haud c· pere poteram, quî anima earum nil ſentiret, cum tamen ſenſibus uti cu· ctis videretur. Nihil enim eorũ, qu reliquis mortalium adeſt, his deer, niſi quòd re nulla afficerentur. Intera

ad ipſum ſoliditatis Deũ admiſſus ſum, in nuda terra, nudè abſq; pudore proſtratũ, & conglutinãdis aliquot chartis intentum. Cum ſalutaremus, nihil reſpondit, nec videri opinor, volebat nos animadvertere, ſed velut ſolus in ſeceſſu eſſet. Nunc ventris claustra ſolvebat, nunc gutture amarum quid modulabatur; nunc veſicæ exoneratione terram madefaciebat. Eum ego revera non Deum credidi, ſed lutulentiſſimum porcum: qui ſi grunnijſſet, nihil natura feciſſet ſimilius. At ego paulò poſt canem rabidiſſimum intellexi, cum nos virulenter allatraret, & præ ſua quam jactabat, paupertie, cuncta mortaliũ acerbiſſimè perſtringeret. Circumvolutabant ſe alij minus dicaces, ac paulò delicatiores ſatelli, qui brutorum inſtar ore lactucas in terra depaſcebant, multũ mortalibus exprobrãtes, qui manibus deſerperent, veluti prolixiore modo vẽtri ſerviẽtes. Hoc enim in ore frequẽtiſſimum erat; per brevia eundem, ad

quam natura ſponte invitaret: pudorem verò, meras ambages facere, cujus illi adeò nihil habebant, ut excrementis circumcirca terra inquinaretur. Obſtupui ad tam fœdam libertatem, quæ mera impudentia & inſectãdi temeritate hominibus imperaret: & hoc uno cõmento inſinuaret, quod videretur ab omni terrena & moleſtia, & cupiditate ſolvere. At quæ impoſturæ perpetua pelluciditas eſt, non effugerunt oculos meos: cum viderem illos clanculũ vulnera obligare, nummulos numerare, pulvillis indormire & ex levicula offenſione excandeſcere. Itaque cum in publico ſe volutarent, vidi vultus alios ſumere, & magna ſimulatione, ſed majore interna moleſtia, dolores externos compoſit[a] mentis immóbilitate perferre, & dica[ci]tatis livore ſemet quaſi leniment[o] ſuſtinere. Ità ex animo gaviſus ſum & vapulare eos plurimum, & acerbitate vitæ torqueri, cum jam certus eſſem tam ſentire eos intra ſe quam dolere

lere, & hæc Dei eſſe juſtiſſima flagella, qui negatus, re ipſa ſe internis cruciatibus præſtet. At jam nobis alia ſunt, ac tolerabiliora contemplanda.

36. STUPIDI.

De Stoicæ profeßionis ſimulatione, & in res humanas duritie, quæ & impietatem ſecum attrahit, & tacitè delicias non negligit.

EX his progenerari ajunt quam vidi, aliam gentem, quæ neſcio placidiorem aliam, & minus agreé adverſitatũ tolerantiam præ ſe ferebat. Nam & hoſpitũ converſationẽ admittebat, & minus acerbè alienos mores inſectabatur: regię alicujus magnanimitatis ęmula: ſed naturã rerũ, & cõmunes vitæ ordines planè negligebat; ſibi ſufficiẽs, & nil nomẽ præ omni divinitate affectãs: nõ afficiebatur hominũ miſerijs, & terrarũ clades exonera-

tiones appellabat: urbem conflagrantem æq; ac ædificijs florentem moroſc
& dedignante vultu intuita. Fatũ hîc præſidebat hominibus tam ſtupidis, ut ab eo uno minutiſſimorum corporis motionũ præcepta ſumerent, & quodcunq; vellet, mortis genus ſubitò obirent. Cum ingreſſus eſſem fati prætorium, vidi quæ hujus ſtuporis inſtitutio eſſet. Nam quisquis nomen dediſſet, oculos ſibi eripi patiebatur, & pectus ſiccari, dein ad reſtim alligatus incipiebat trahentem ſequi, ceſpitans haud infrequenter, & ad lapides duriter impingens: ſi quis minus prompte inſequebatur, flagris promovebatur quæ cum gemitu excipere deteſtabile erat. Ita aſſuefactis, vitrei oculi in priorum ſedes immittebantur, quibus poſtea eodem vultu omnia intuerentur quidem, ſed negligerent. Et tum quidem errorẽ meum agnovi, cum cœco experirer, & lapideis cordibus quo viderẽ & carneis pectoribus eſſe credideram. Placuitq; tum, tam expedit
poſſ

poſſe eos ambulare, diſciplinæ beneficio, qui lumine caſſi viverent. Cæterum poſt eam ſtuporis ſcholam, Deum & cœlum, ac ſeipſos ignorabant, nihil præcepti ſibi reſervantes, niſi in diem vivere, ac pati. Nam cum forte de religione quærerem, inter ſe aliqui contulerunt, quod vellem animal! & cum de Reipublicæ forma interrogarem, baculos monſtrarunt, quibus interdũ niterentur: cũ de corporis victu quæſtio eſſet, illi ſtellas nihil ad ſe pertinere aiebant. Et hic quidem jucundum fuiſſet, quam diutiſſimè colloqui, ſi quem abſonas & abſurdas reſponſiones audire juvaſſet. Sed dũ more meo illis inſidior, non abſque dolo eos reperio, nec rerum humanarum ſenſu. Nam & inter divitẽ & egenũ, inter liberalẽ ac parcũ, inter epulas & rapas, inter aurum & plumbum, inter libertatem & ſervitium nimis pro vitreis oculis diſcernebant: & neſcio, quàm Magnatibus promptius adhærebant. Hinc ſi quis fortè offendiſſet, (ſolenne

quidem id erat) dulce eſt : at offen
ſorem contra baculo tangere: error il
lis dicebatur, mihi vindicta credita
Nec ego impune tuli meam jocandi li
bertatem: cum cœcorum aliquis, ma
gno niſu Scipionem capiti infligeret
ac mox ſimpliciſſima oratione veniam
cœcitatis precaretur. Ego verò abir
ſatius duxi, quam inutili litigatione a
lios etiam in me provocare : atque it
hoc noctuarum imperium reliqui.

37. EPICURUS.

De voluptatis ſentina, quæ homines im mergit, & rationis omne imperium abolet: ubi & de gaudiorum fœda amaritudine.

NUnc tandem fortuna meam m
teſcere mihi videbatur, cu
in regnum me intromiſit, pl
niſſimè aureum. Nec enim ullum S
turnium tempus tã gaudij & abund
tiæ plenum eſſe potuit, quam hoc, u
ni

nitidiſſimæ cutis aliquis imperitabat. Ut primum illuc deveni, balneo temperatiſſimo, quicquid ſudoris erat, quicquid pulveris, quicquid & laſſitudinis, detergere licuit. Inde in molliſſimum lectulum illatus, linteaminumq; qua limpitudine, qua teneritate mirificè refocillatus, per ſuperbam admodum porticum, in adita felicitatis quaſi intromittor. Stabant triclinia auro argentoq; radiantia, & ferculorum ſtruibus onuſta, quæ Milonem aliquem tauri-vorum, aut Scioppium famoſum paraſitum fatigaſſent. Cumque epuli tempus adveniſſet, venit læto & tremulo gradu voluptatis Deus, caput hædera implexus, reliqua ſyndone circumvolutus. Quo in lectulum collapſo, accubuerunt reliqui convivæ: imò & nos, cum ordiremur genialia ſacra, ſortis moderatè omnia fiebant, carptorũ, ſtructorum, pocillatorumque ſumma diligentia. Tùm è ſuggeſtu recitatũ aliquid pro animarũ immortalitate, & hujus vitæ jucunda

 diſpen-

d ſpenſatione, ac Chriſtianiſmi fabulis; ſed & ſymphonia corum melodia & exaudiebatur, ac dijudicabatur. At ub magni cadi in nos effundi cepiſſent, non cœlum cum tonat, ne mare cum planè furit, tam eſt tempeſtuoſum: neque ulla ſuperfuit mundo impietas, quæ huic, quam vocabant, lætitiæ nõ interfuerit. Inde in plenum furorem converſi in orbem & varias figuras tripudiabant, limphati planè, ſpumantes, ſudantes, vomentes & vociferantes. Et tum quidem gaudere deſij, ác priſtinam meam infelicitatem petere præ tam inquinatiſſimis gaudijs: ſed plura & fœdiora mihi perferenda erant, quæ vix animis humanis concipit lingua. Sane mea tam impura nunquam propalabit. O divinam longanimitatem, quę terram quotannis impregnat, quotannis coronat, an in hos uſus? ob hæc animalium monſtra? Et quæ corporis ſuſtentacula, animo relaxamenta, animæ ſpectacula debentur, erunt ſiliquæ, furor, ludibrium?

Inter

Inter tātos tumultus obſervavi quoſdam, qui cibis aſpectabilibus adhærerent, & pueriliter etiam delectarentur: quos ut maximè modeſtiores approbarim, commiſeratus tamen ſum, & his fœtoribus eſſe immixtos, & rebus leviculis, nec virilibus ſatis detineri. Animadverti & furum manipulum, qui ebriorum ſecuritate adjuti, in vaſa & res diſperſas involabat: Eâdem & ego uſus tam præclaræ felicitati ſum cum comite elapſus.

38. MORIA.

De moriæ regno, quod inhabitant mortalium plerique, & temporis depenſum inutilibus ac ludicris rebus prodigunt.

EX hac fœda voluptatis terra, in propinquam aliam transfretavimus, cymba nō carontis, ſed Brādiſi, ubi vita haud ita turpiter, ſed vix majore uſu abſumeretur. Hoc enim incolis legū morumq; punctum erat: vitæ imponere, & à morte decipi. Cum

illuc accederemus, magno concurſu
ſumus cōpellati: Ecquid novi, ecquic
rari, ecquid inuſitati, aut jocularis: de-
niq; ecquid monſtroſi forte & marin
adduxiſſemus. Cumq; tale quid nobis
nihil adeſſet, vix evitavimus magnam
& inhoſpitalem injuriam. Nam uterq
velut terra indigni in flumen projecti
meus quidem mergi non poterat, ego
verò valide laborabam, & vix tanden
ab illo, cui id jocus erat, recipiebar
Cumq; illi ad ſuas ineptias redijſſent
nos procul inſecuti, ad ipſam ineptia
ſedē pervenimus. Erat ſupra tectū æ
dificij turris in aëra aſcendens, undiq
perforata, columbarū Reipub. ſacra
haud quidem palati luxu, ſed ne quic
illis clam in mundo fieret. Itaque e
Ungaria, Belgio, Peruana, China, Lap
pia certatim nova Columbarum mini
ſterio & internuncio adferebantur
quæ Francum vel Latomum effugiſ
ſent, ſeria omnia & veriſſima. Exind
facilè erat de humanis conſiliis omni
bus ad ultimam Thulem uſque eſſ
cer

certos, & advenientibus Regnorum converſionibus præparatos. Sed hæc circa palatium. In ipſis verò penetralibus, Deam ſalutavi, neſcio cujus divinitatis: certæ ejus formæ, qua apud nos, qui variegati, cum nolis & reſtibus obambulant: Quam tamen nolim contemni, poſteaquam à Magno Eraſmo pleno & nervoſiſſimo encomio collaudata eſt, poſt quem ego nihil addo vel muto minoris eloquij, & majoris inſcitiæ homo. Dum verò ſpectator aſtiti, hæc contigerunt. Promulgabantur magnæ moriæ, indulgentiæ, verbis prolixiſſimis. Illæ erant. Ne quis magnæ Deæ clientem vel candidatū etiā haberet deſpicatui: Cumq; humeris bajolorum innixa hinc inde divagaret, larga manu ac multū cachinnans miſſilia diſpergebat, pilas, ſphærulas, diſcos, talos, taxillos, aleas, chartas, pugiones, libellos, ſertula, ſtrophiola, annulos, retia, venabula, penicillos, acus, ſtilos, plumas, calamaria, gemmas, crepūdia, & quicqd Philoſophi unquā

ſub Lunæ concavo deprehenderunt: quibus flexis genubus exceptis & venerabili ore deoſculatis, Patronæ Fandæ, & perpetua tutela deſpondebatur. Quod ſacrum Jubilæum haud mediocriter ſarcinas meas implevit: cũ in maxima depreſſione amplius mihi fortunato jactu contingeret, quã ſperare etiã potuiſſem. Itaq; ſpolijs è prædivite terra onuſtus, cum invidia mihi jam potiùs quã pauperies metuenda eſſet, exoravi conductoré meum, ut etiam his humanæ vitæ ludibrijs eduxerit.

39. ANTICHRISTUS.

De Antichriſti figmentis, tyrannide, & avaritia, cum univerſa Babylonica ſtructura: ubi & de catoliciſmi mendacio, & Loilotarum ſuffulcimentis.

JAmq; adeò tertia infelicis terrę plaga peragrata erat: & ad tenebras, per quas ingreſſum, ordimina, redĩtum: cũ me monuit conductor, prophana hactenus perluſtrata mihi: nũc

ſacra

ſacra & divina contemplanda : Nam myſteriorū terram hîc adiri. Extimui ad tam ſanctum nomen, & ne quid durius, quam hucusque paterer, Deum ſūm tacitè precatus. Cumq; appropinquarem, calceos exuere juſſus, nudus pedib. perrexi; deni detonſus, ac mox omnibus veſtibus ſpoliatus: vix tandē ſatis feci tantæ ſanctitati, donec me reſtis ad collum appenſa, qualemcunq; devotionis candidatum reddidit. Ad limen cum religioſè ſtarem, juſſus genubus poſthac ingredi: Inſolito itinere in ſancta ſanctorum perreptavi. Ea prioris mei ſacerdotis fano non abſimilia erant, niſi quod ſimulara neſcio quot millena ſuppliciorum genera repræſentarent. Interim campanula perſonat, & velum detrahitur, ubi in terram vultibus prolapſi, & pectora validis ictibus affligentes, magnum Iniquitatis myſterium, ſacro horrore & ſilentio aſpeximus. Erat tricor poreū aliquod animal, trino capite, & membrorum omnium triplicitate. Unum

caput inſula tegebat, alterum corona, tertiũ tiara: manib⁹, his quidem libellũ & thuribulũ, illis fulmen & compedes, tertijs hamum & loculum vibrabat. Pedibus hinc ſphærã, illinc globũ terrenũ, & ignitũ alibi alium calcabat. Solium verſatile ſeptem gradibus elevabatur, quod ſupernè mirabili cœlo, quod omnia aëris meteora æmulabatur, tegebat. Murmurabat pauciſſima verba, q̃ ajebãt ſua lingua ſingulos intelligere, ego ita excepi. SIC VOLO, SIC JUBEO. Ac tũ quidẽ illud ſuis velaminib. involvebatur: nobis reſurgẽdi venia data eſt. Itaq; in fani contẽplationẽ cõverſ⁹, vetulã quandã in ſacrario ſum intuit⁹, Magni Dei Cõcubinã, quæ lõga ſerie regiũ ſanguinẽ mẽtiebatur. Ei nomẽ dabant, ac munuſcula quotquot numẽ vellent propitiũ. Et ridiculũ ſane fuit, cum palpones ſubinde bellam, & tenerã, & virginẽ appellarent, quæ rugoſa & proſtituti pudoris erat, quicq̃d nigrũ aliq̃ balneatorũ examen ablueret, & mores reformaret. Erat tamẽ ar-

rcanarum viriũ : adeò ut dum ibi eſ-
em generoſum leonem in aſinum in-
rtem converteret. Inde ad carceres
errexi, quorum hîc aliquot cõtigna-
iones erant, expiandis humanis ſcele-
ibus conſtructæ. Tanta enim loci ſan-
titas eſt, ut minutiſſimum crimen hîc
lelere oporteat, nec poſſit quicquam
omniſcium numen latere. Liberaban-
ur autem auro, conceſſo ſolutis cereo
expiationis teſtimonio. Quæ miracu-
oſa hîc plurima acciderunt, quid o-
pus eſt recitare brevitatem profeſſum,
cum univerſum hoc imperium fuerit
miraculum? Quæcunque enim ex ar-
canorum velo emittebantur, ſive pa-
cem vellent, ſive gladium, terris adfe-
rebant. Nec eſt ullum genus mortaliũ
magis liberum, & ab omni bono ſolu-
tum, quam quod hîc ſervit: nec em-
porium aliquod tam ex omnium ter-
rarum incolis eſt variegatum, quam
magnæ iniquitatis famulitiũ. Libro-
rum hîc parũ erat, niſi Decretorũ Alco-
rani, Thalmuti, & quos Numa ſuis reli-
quit, codices, cum miſſaliũ enchiridijs,

Nam quæ facienda ſunt, tradunt
hîc, non perſcribuntur. Mihi carce
claves formidabiles erant, prætereà
miniſtrantium ambitio, ſanguinolen
tia, & rapacitas moleſta, quæ ſolũ hî
vertere coëgerunt.

40. HÆRESES.

De religionũ inter Chriſtianos diſsidijs & inter ſe odio, ac ſanguinaria defenſione: ubi & ſacræ ſcripturæ dilaniatio.

VT longæ ſunt regum manus, it
effugere eſt difficillimũ: Quic
quid enim properabam, non li
cuit tam ampli imperij terminos egre
di. Itaq; quaqua tranſibam, ſuperſti
tionem redolebat, & quod unum me
torquebat, violentum ac cerimonijs
plenum Numinis cultum. Erat iter per
aliud ſacrarium, quod ſinagogam for-
tè appellaſſes. Nam interpretationi o-
raculorum & ænigmatum totum vaca-
bat. Magiſtri qui hîc convenerant, o-
ris decore aſpectabiles & venerandi,
miram

iram aliquam& modeſtiam & erudi-
onem præ ſe ferebant: ac in ſpem fir-
nam erigebar exactiſſimæ informa-
onis. Erat autem in medio auditorij
pis lydius, ex aurea cathena ſuſpen-
s, quem mirificæ virtutis, & inæſti-
nabilis pretij omnes fatebantur: de
olore tamen ejus incredibilis erat cō-
ertatio: Nam cum ex ſenio lippi o-
nes eſſent, & perſpicilijs uterentur,
on color ullus fuit, quem non conſtā-
aſſeveratione ei affingerent: hic al-
um, ille atrum; purpureum alius, ali⁹
ceruleum: nonnullus viridem, & mox
uidem cineritium: reliquos quid ad-
ere juvat? cum de omnibus conten-
erint, pro ut quisq; virtutis & colo-
s conſenſum conjectaverat. Hic pa-
llum Dei donum probabat, ille invo-
tum, tertius crucis hyeroglíphicum,
uartus cœlicam teſſeram, quintus
rrarum regulam, ſextus corporis
gellum, & infinita alia multis ratio-
bus afferebantur, quæ memoriam
eam effugerunt. Cumq; conſenſus
hîc

hîc nullus fieret, aſſenſus tamen fre-
quentiſſimus erat, & in partes turb-
dividebatur. Erant qui emptum lapid-
vellent, & validè licitabant, alij acqui-
ſcebant, quod in propatulo propend-
ret, quâ quoties vellent, contemplat-
tur. Quidã ablutioné ſuadebant, q
à ſordib. detergeretur, ſed maluerut
alij confringere, ut curioſius introſp-
cerent. Nec defuerunt, qui aurib. a
motum cõcupiſcebant, ſi quid arca
fortè inſpiraret. Sed & aliqui velut cc
ticé rei planiſſimè aliæ aſpernabantu
pter reliquã diverſitatũ multitudin,
quã nunquã niſi mea ac veſtra nauſ
enumera vero. Symbolum erat diſſid
NON PLACES. quod mihi tamé placu
valde, cũ pleraq; diſplicerent. Id v. m
ſerabile erat, ob hunc interpretation,
divinationũq; diſſensũ, tã hoſtilia od
exerceri, & infinitã circũſtantiũ mu
titudiné interire. Nã quòd auditor
decebat dici, macellum omninò era,
& humano ſanguine propè navigabi.
Quem n. quisq; lapidis colorem & vi-
tute

:utem ſtatuiſſet, ejus fidẽ ſtricto gladio
ıb adverſa parte exigebat,&cõflictan-
di pertinacia ſemet abſumebat. Hìc tẽ-
pus erat fugæ, cum pugnare non libe-
ret, & ſecuritatis ſpes nulla eſſet: nec
diffitebor, me hæc caſtra clanculum
deſeruiſſe.

41. TEMPUS.

De temporis imperio, quo omnes abripimur & arcanæ revolutioni paremus, quæ varias terræ viciſsitudines adfert, & hominibus officia diſtribuit.

DEſeruiſſe dixi, declinaſſe dicendũ erat. Nam qui aliter poſsem clauſtris haud penetralib. intercluſus. Itaq; cũ in ſolitudinẽ properarẽ, ubi planè neſcire & neſciri liceret, veni in planitiẽ, integris exercitib. oppletam. Erat quippè luſtrationis forte dies, & collecti circumſtabant, quotquot univerſi hujus machinæ militant. Dux ſupremus intolerabili armaturæ radiatione, turmas ambibat: & poſt eum pallidior aliquantum lega-

legatus, univerſa ſigna perluſtrante.
Erat univerſus exercitus ſex legioni
quarum quælibet decem ducibus re
gebatur, denis per centenos alios du
ctores adjutis: inde ductorum quiſqu
365. ſuos agnoſcebat, quibus impera
toris voluntatem, & militiæ conſiliur
atq; rationem explicarent.

Attum quidem Polemarchus duce
ſuos prodire cunctos cum militibu
juſſerat: quorum emblemata, quant
memini, hæc erant. Primæ legionis
homo, manu altera alata, altera ponde
ribus depreſſa. Secundæ, Serpens in ſ
revoluta, ac inundationi inhians.
Tertiæ, Bos aratrum trahens, & ſub ju
go anhelans. Quartæ, Equus curſu in
ritatus ac recalcitrans. Quintæ, Aqui
la cruenta, & prædam dilanians. Sextę
quæ haud integra erat, ovis ſanguin
ſtillans, & forficis patiens. Deniq; &
Leonis inſignia proferebātur: ſed qui
bus ajebant etiamnum milites cōſcri
bendos. Reliquus militaris habitu
color, anticæ quidem candidus, poſti-
cæ at e

: ater erat. Cũ ſic omnes tranſirent, pendium diſtribuebatur : haud e-uidem æquale, ſed quale Principi vi-retur. Aſſidebat quippe decrepitus uidam, at vegetis ſenij, judicijq; per-icaciſſimi, qui cujusvis alendi conſi-ım dabat : & quod mirari ſatis non ɔtui, cum nullius impatientia. Dein ficia injungebantur, quo quisq; in ɔc mundo loco ſtaret, quibus armis eretur, cui ſerviret orbis commo-ɔni. Nec liberum illi erat munus cō-ıtare, nec ſtatum tempus vel antici-re, vel differre. Itaq; ſuo ordine cun-a fiebant, non ſatis quidem cum meo tellectu, ſed inſigni tamen volupta-. Ac tum quidem inſania noſtra mihi mentem venit, qui inter nos multũ ıeruli, ac anxiè diſcurrentes haud ıcé impedimus fatalem clepſydrã, inutiliter ſaltem concutimus, ve-ti Solem ad Scioterικum regulaturi, t terram in nutante cymbula com-oturi. Quotquot enim huic militiæ nt nomen, aut pareant oportet, aut vapu-

vapulent,& reluctãtes in eo deſudent, quod prompti tudo redderet facile;niſi quis aliam libertatis viam inire velit: de qua alibi ſumus dicturi ſanè ut temporis hujus arcanum regimen eſt. ita ſecum fert omnia converſionum tenebrarum,reformationũ,pacis, bellorumq;,floris & devaſtationum vices atq; inſtrumenta:nec quisquam facilè naſcetur ſuæ ætati impar ac inutilis. De me tamẽ, quia nemo judicium nec petijt,nec tulit,velut otioſus ſpectator absque munere & ſtipendio me ſubduxi.

42. SCENA.

De mundi hiſtrionia, quam omnes inſerviamus, & exinde æſtimemur: ubi etiam animæ ac corporis œconomia diſſoluta repræſentatur.

INde Amphitheatrum excepit, i. e humanæ fabulæ locus: neſcio an hiſtrionibus, an ſpectatoribus magis preſſus. Nam hîc quidem nativo vultu nemi

minem vidi, perſonatos & larvatos nnes, ut facies alia omninò mihi muanda fuerit. Hîc quam quisque vem ſumebat, ei condignum quid in na agebat, & muneri par, ac fortaſſe ajor credebatur. Vide enim naturâ uum, qui poſt pallium ſumptum, ſaentiam profiteretur: & ſacrilegum, iſtola involutus, adorabatur: & ſicai, qui ſub paludamento jus diceret: prædoné, qui in pellicea toga ærario ecfiiebatur: & carnificem, qui purratus publicam ſaluté procuraret. uas ſi fortè, depoſuiſſet veſtes, idem prius erant, niſi cum alia commuſſent. Nam ut aliæ atque aliæ ſcenæ odibant, ita veſtium erat metamorofis. At jam fabulæ quiddam audiais. Pater quidam filio indulgentiſſmus, cum omninò ſecuriſſimè proctum vellet: pædagogum ſimul, morum præfectum impoſuerat, ibus veri boniq; exacta notitia imeretur. Is cum ingenio & moribus rum in modum excreviſſet, virginé feli-

felici auſpicio duxerat, amabili vultu ſponſam, & moribus obſequentiſſimam, quæ & famulitium adduxit, tum modeſtum, tum ad negotia expeditum. At dum eâ felicitate concordes utuntur, otio ac curioſitate ſubrepentibus, ædes patefiunt ludionibus, & voluptatum varijs miniſtris, quorum adulationibus & pædagogæ invidia, odiumque & exinde ſuſpiciones creabantur; præfectus verò corrumpebatur, inſimul paulatim alia facie tam compoſitis ædibus introducebatur. Fœmina & ipſa juvenili ardore, ac impudentia æſtuans, in ea libenter conſentiebat, quæ jocularia eſſent, & priſtinam ſeveritatem expellerent. Et tum quidem miniſtrorum, ancillarumque diſcurſationes variæ erant, dum tot ludicris, & frequentibus commeſſationibus ſerviendum eſſet. Interea etiam libidini acceſſus fiebat, introductis ſaltatricibus, pſaltrijs, imò concubinis & mœchis ſuperinductis: quæ ſingula accuratè procurabat venefica quædā anus

multi

multis juvenum claudib.celebris.Poſt Zelotypia pulſabat,at mox pauperies, infamia,dolor,deſperatio, & accuſatorũ ingens turba:quæ judicé exorarunt, ut in vincula tam diſſolutæ vitæ homines fuerint conjecti. Ibi lamentationũ non erat finis, ſed nec exprobrationis æternæ, imò & inter ſe mutuæ,terminus. Quæ ſingula explicare novum aliquod fabulæ tempus exigerent. Quæ verò interea dicta agitataq; ſint, tute cogita: mihi æ iepol abſq; lach ymã ũ nbre eſſe nõ licet,cũ florent ſſimi juvenis,& politiſſimæ virginis memoria ubit,& miſerabilis caſus,eulantiumq; voces pect⁹ mihi cõcutiunt.Itaq; & veniã brevitati dabis, & ad alia dimittes.

43. PEREGRINATIO.

De errorum noſtrorum perennitate, cum circumferentia diſcurrimus nec ad cẽtrum noſtrum potius, Deum, redimus.ubi & de peregrinantibus.

EGreſſus ex theatro, incidi in hominum genus omninò mobile,

quorũ labor atq; exercitaio æq; ſceni-
ca poſſet appellari. Illis circ⁹ erat figu-
ræ rotundiſſimæ, capacitatis ingentis
Cum appropinquarẽ, vidi certatim in
orbẽ decurrere, & magna defatigatio-
ne ad terminũ aliquẽ anhelare. Cũq; in
circulo terminus nullus eſſet, repetie-
bantur curſuum periodi, & finis prin-
cipio jungebatur, donec ſpiritum &
vitam perdidiſſent. Quæſivi, quid ſibi
vellet iſta diſcurſatio: p̃ſertim cũ præ-
mium præcurſori nõ eſſet, nec meta a-
licubi appareret: & reſponsũ eſt: quæ-
rere eos circuli principiũ. Et tunc qui-
dẽ animadverti eos curioſè ad circum-
ferentiã reſpicere, ſicubi hiaret, & ini-
tij ſigna proderet: at fruſtra. Nã, cum a-
centrũ ꝓperandũ eſſet, illi omnes cir-
cumcirca divagabantur: neq̃, rectum
quã circularẽ quisquã malebat curſũ
Nec reperi aliquem, qui intelligeret
cur pergendo nihil promoveret, & qu
iter illud nunquã terminaretur. Cuju
ego cauſam circi magnitudinẽ ſuſpi-
cor, quæ tanta fuit, ut q̃ revera curave-
ra

it decurſus area, recta illis credita ſit. ıdè quò major fuit curſoris pertina- a, eò frequentius in orbé ꝑperabat, ineptius defatigabatur. Hic ridiculũ at audire, jam defeſſos & reſpirantes : termini loco diſſertare, cũ infinitis vinationib. quisq; ſibi blandiretur, ıò veri⁹ imponeret. Nec deerant, qui diſſe metam & prope fuiſſe mentiré- r, magna quidem circumſtantiũ ad- iratione & cultu, ſed majore mea in- gnatione. Nam & confidentur fal- bant, & ipſi fallebantur, qui reſum- o ſpiritu aliorum de ſe opinioni ſer- re neceſſe habebant. Pergebant ita- ıe ſibi quidé impoſturæ, inſcitiæque nſcij: nõ tamen minus in termini de- iptione, & itineris circumſtantijs lo- ıaces, quã ſi veriſſimè quondã atti- ſſent. Ac miſerabile mihi era ſtoli- m juventutem citatiſſimo curſu in- qui videre: & ſiquis percontaretur, é ſuum jactare: cũ tã robuſtæ & fer- dæ ætati, virtutis, veritatisq; e recta ıea potius fuiſſet præmonſtranda:

ſed detinebatur Circi picturis, & vani
tatum multiplicibus delineationibus
quas quisquis vidiſſet; Vlyſſes inte
ſuos & terrarum peritus dicebatur. Vi
di & riſi. At cum peregrinationis me
errores animum ſubirent, indolui, al
terum alterius exprobratione paſci, a
omnes miſeris decurſuũ ambagib. cir
cũagi. Et ſic quidẽ dolens cũ meo abi

44. TURBA.

De multitudinis diſſonantia qua occupa tur quisquis immiſcetur, & paulatim i opinionum minutias diſper- gitur.

NOndum finis erat turbarum, i tam populoſa terra, & quæ lu dis ac ſpectaculis tota dedita e rat. Dum enim ibi oberro, fiunt ſocie tatis ſolennia Id erat magnus, innume rabilis multitudinis conventus, Tu boni Deo ſacer: ubi duo inquirebar tur, qui idem vellent, ac idem nollen quẽ quoquo haberi anno a ebant, in utili ferè ſemper inveſtigatione. E quo n. ſancta ſimplicitas ad ſuperos re di

erit, difficilem eſſe voluntatum inter
omines cōbinationem. Conſederant
raminatores, & provochatis ex carta
ngulis, inquireb āt ſub fidei ſacramē-
, quid quiſq; in hoc univerſo maxi-
è concupiſceret: quid itidem ſummè
horreret: ut, ſi duo fortaſsè votis cō-
enireut, ſeligerētur, Turbonis Flami-
es futuri. At hîc audire licuiſſet opi-
ionū infinitatē: cum inter mille mil-
nos vix duo idē nollent, ne dum vel-
nt idē: minimè verò idē & nollent, &
ellent. Dein voluntatum abſurditatē,
im ſordidiſſima paſſim expeterētur,
optima eſſent deſpicatui. Nec. n. tam
inutum & ridiculum quicquam eſſe
oterat; q͞ non haberet admiratorem:
ec pfectiſſimū ullum, q͞ reprehēſorē
on pateretur. Ac tum obſervavi, ple-
rumq; vota & impia, & vana eſſe, ne-
ie facile viro bono credibilia, ſi quis
ultus ſaltem & corporis ſchema intu-
tur. Quos n. cordatiſſimos judica-
im, puerilibus afficiebantur: & quos
eones dixiſsē, mures extimeſcebant.

Vidi magnates qui moriones in del
cijs habebant : & eruditos, qui feru
admirabantur : & nobiles, qui can
pectinabant : & ſacerdotes, qui offul
deperirent: & judices q ſacrificabāt: &
milites, qui vitā vendebant : & plebe
qui valebat decipi. Itaq; non mirab
ampli⁹ difficilē eſſe cum turba conve
ſationē: ſed in tanta humorū diſſonan
tia etiamnū tolerabilem, ut vis arcan
quædā omninò agnoſcenda mihi fue
rit, quæ tā diſcordantia capita congl
tinet, & cohibeat, qua absq; eſſet, vel
arena absq; calce diſſolveretur. Inte
ea ſolicitè auſcultavi, eſſetne quispi
qui cum mei cordis arcanis conſent
ret: nec defuerunt, qui haud procul al
eſſent: at, qui planè conſpiraret, nem
fuit : & tamen etiam eorum vota n
diſplicuerunt : ut jam tū ceperim cre
dere, diverſis itinerib. poſſe idem pet
ac affingi: nec tamen, quî tanta diverſ
tas nos diſtraheret, & cui min⁹ illi q
mihi, cui mihi quam illi magis vider
tu

tur, capere potui: cum utrobiq; veritas in propatulo ſit. Cumque fortè aliqui eandem ſtatuam cõtemplaremur: hic caput ꝑbavit, ille oculos: ego manus, alius pedes, in muntiſſimo objecto in tot partes diſtracti. Et ſic dies nobis peribat: nam cõſentientiũ par nullum repertum fuit, & conciliũ ſolutum eſt. Ego verò mecũ decrevi, haud poſtnac Turbæ immiſceri velle, quæ adeò judicium formare, firmareq; nõ poſſet, ut citius in mille partes, & opinionum atomos diſperdat, poſt inaſpectuũ pulverem comminutos, varijsq; objectorũ terriculamentis exagitet. Et ſic turbidæ turbæ, ut licui, ita valedixi.

45. INGENIUM.

De vanitatum ſede, humano corebro, quæ obiectorum Mundi iconibus oppeletur, & malignitatis minutum regnum efficit.

DUm etiamnũ mecũ Turbę errores, & diſſonantiã rumino, iter

fo.tè fit, pang ſt ,ma'iquem, at ſatis
cultum ho tulū. Hem. inquit. condu-
ctor meus, hîc mirari turbam dediſces.
Stabat autem in medio hortuli menſa
lapidea, & in ea inſolitæ magnitudinis
alvearium. non apium quidem ſed mu-
ſcarum, veſparum, crabronum, culicū,
& id genus inſectorum examinibus ſu-
ſurrans. Ac alvearium quidē ad huma-
ni capitis figuram, affabrè factum erat,
perforatis oculorū, narium, oris & au-
rium ſedibus, & feneſtellis obductis.
Quid hîc inquā ego diſcā? veſpas mel-
lificare, & ignavum fucos pecus labo-
ribus aſſuefactum. Haud ita reſpondit
meus: ſed huic alveario incluſas ſcito
orbis univerſi ideas, quas Plato fruſtra
ſub Luna inquiſiverat. Nam cum hæc
animalcula mundum univerſum per-
volitent, ubi domum redierint, ſecum
rerū omnium iconas, ſive ideas velis,
afferunt: Et hoc, ꝙ vides, caput im-
plent. Itaq; per feneſtellas licet, intro-
ſpice, at ſpiritum cave mittas; quo ſi
afflentur, illicò contra te irritabūtur.
ô rei

ô rei miraculum! Nam hîc quidẽ minutus mundus erat, tot rerum, formarumq́; ſpeciebus refertum, quot orbis magnus creaturarũ habet ſubſtantias. Sed & actiones hominum, atq́: conſultationes hîc repræſentabantur, maiore artificio incertũ, an mea voluptate. Hic quidẽ viſ⁹ ſum mihi peregrinationis præmium, & duriſſimi laboris mercedem accepiſſe: Nec tamen ſolidum fuit gaudiũ. Nã cum ſpectaculi voluptate mei oblitus, propius os admoviſſem, & halitu me leviter prodidiſſem, nunquã dixero, quã caput mihi ſordidiſſimæ & validiſſimæ beſtiolæ, univerſum & oppleverint, & circumſonarint, & turbarint, & cõtaminarint, deniq; propè ſtupidum reddiderint. Ad quod cum riſu meus ferè creparet: Euge Peregrine, jã æquior poſthac turba eris, & moderatior tu admirator. Nã quæ ſingula aliorum capita infeſtant, nunc juſta tibi adſunt: ut ſi libeat, poſſis ex te ipſo poſthac vanitatum facere alvearium. Et cum dicto ſuſurrones meos quidem

abegit, capiti v. meo tranquilitatẽ non reddidit. Ego v. didici: cuicunq; muſcarum aliqua inſideret, eum aliqua cerebri ineptia invadi, meam verò ſortem tanto eſſe infeliciorẽ, quanto me plenum phantaſmatum examen occuparit: Non tamen curioſitatẽ meam perdidi: & quis inquam hujus microcoſmi herus eſt? Tum retroſpicere juſſus, vidi venerandi vultus hominem ſedẽtem, & in utramq; manum inclinatũ, vel ſomno, vel triſtitia demenſum. Noli inquit conductor meus hunc excitare, qui plus tibi facturus foret negotij, quam in peregrinatione tua unquam ſuſtinuiſti: & ſic tacitè uterq; diſceſſimus.

46. SOMNIA.

De futuri curioſitate, quibus ea ineptijs ac impietatibus occupetur, quæ & fugienda ſit, & deteſtanda.

TAndem etiã in ſomniorum & viſionum, ac ſpectrorum, maniũ, lemurumq; terram perveni: de

qua

qua non plura à me expectetis, quam qui poſt profundum ſoporem vitæ veluti redditus, figuras omnes, & quæ ſomnians poſſederat, perdit, & inani recordatione, id ꝙ fugit, quodq́; nec eſt, nec fuit perſequitur. Nec mihi videor, terrã ullam aliter deſcribere poſſe, niſi bullis, quas pueri ex diluto ſmegmate calamis inflant, q̃ alijs atq́; alijs colorib. circulantur, donec tandem evaneſcant. Ita ſanè hîc homines mihi aut hominũ figmenta obvolitabant, & admirandis varietatũ gyris aërẽ obnubilabãt. Et videre hîc erat tũ mutilos homines, tũ ex beſtiarũ membris cõpoſitos, minotauros, centauros, ſatyros, & quaſcũq́; monſtrorũ formas Theſſalicę ſtrigę pixidib. ſuis inſcripſerãt. Sed imprimis futuri pręſciẽtia hîc jactabatur, inquiſitio omnes exercebat. Itaq́; Extiſpicũ, Augurũ, Aruſpicũ, Sortilegũ, Somniatorũ, Incãtatorũ, Aſtrologorũ, Ecſtaticorũ, plena erant omnia, & ſolis radij, in tanta Divinatorũ obvolitatione terrę denegabãtur. Vidi hîc qui fatorũ

tabulas circũferrent, & terrarũ periodos inter ſe arcanis combinationibus cõferrent. Vidi qui Naturæ abbreviationes machinabantur, & Syracuſij ſenis vitreum mundũ reſarcirent. Vidi qui orbis univerſi quintã eſſentiã extrahere ſatagebant, quã in annulo geſtarent. Vidi & ſceleratos, qui homunculi creationẽ temerario auſu attentarent: præter innumera alia tenebriorũ & noctuarum examina, quæ hinc inde per opaca nubiũ ululabant. Et quid opus eſt, ſomnia referre, & in umbris occupari? Nã q̃ p febrim, aut phreneſin cuiquã in mentem venerant, ea hic divina, & ſacrum quid celebantur, & clancularia traditione, & caracterũ involucris inter fidos & ſecretos diſſeminabãtur: ſuppullulantib. ſubinde alijs atq; alijs ſomniorũ & præcognitionũ ſurculis, quib. cum ingeniũ humanum conflictaretur. Ac dolendus hic ſane erat divinæ Arithmeticæ, Geometriæ, Staticę & Harmoniæ abuſ⁹: quarũ umbræ, imò ſimię poti⁹, & pſonata mancipia

ꝑia ſe ꝑ genuinis efferebant, & verborum lenocinio, figurarumq; præſtigijs implicium animis imponebant. Cæterum cum his ego nunquam conſenſi, nec familiariter vixi, ſatis invitus ad nonnulla impoſturarum ſpectacula adductus. Cujus is tamen uſus eſſe potuit; ut detectis tantorum myſteriorum involucris impoſtura nuda, & membris ſuis pudenda proſtrarit, & deridendam vel deteſtandam veriùs ſe expoſuerit. Sic ego cum talibus converſatus, ſic de fraudibus eorum edoctus, quam primum licuit, ſuis tenebris reliqui.

47. OPINIO.

De rerum humanarum ſtulta dijudicatione, atque iniqua æſtimatione, ob quæ precioſiſſima noſtra, & divina planè perdimus.

PArum ab hinc aberat monoculorum terra: ad quos cum acceſſiſſem, Argos omnes credidi, adeo oculorum ſimulacris undiq; oppleties-

tierant: Unus tamen inter tot, corpori lucem inferebat, eamque, quod facilè fuit notare, dubiam. Tantæ ſive veræ ſive affectatæ ſimplicitatis gens, ut omnia perſuadere, & viliſſima magno commutare licuerit. Cum nobis niſi duos oculos non eſſe intuerentur, magno ejulatu deplorarunt infelicitatem noſtrã: & cum manus noſtras in digitos diviſas (illis enim integræ ſunt) reperirent, obſtupuerunt: de Deo quæſiti: hic ignem dixit, ille ſolem, alius aërẽ, multi vitulum, aliqui Draconem, nõnulli canem, & beſtiarum varia genera. Terræ ſuum clima neſciebant: nam moveri ſe in aëre cauſabantur, ac ſubinde ad Lunæ, Solisve incolas deferri. Vidi & Mundi multorum millenariorum chronicon, quod Regum, regnorumque, ac multarum orbis converſionum, renovationumque ſeriem recitaret. Vidi ſphæram, quæ mundos multos, & eorundem mobilitates tumultuariè referret. Vidi unam juris regulam, quæ omnibus in univerſum

ſaba-

aſibus quadraret: Vidi panaceam o-
mnibus morbis ſalubrem: & corpus
doctrinæ, ex omnibus, & pro omnibus
religionibus conflatū. Cum ibi eſſem,
miram & raram animadverti contra-
hendi conſuetudinem. Nam qui em-
turus erat quidpiam, nummos non
afferebat, nec aliquid quòd commu-
taret, ſed vel animā totā, vel ejus partē
vel corporis aliquid, vel ſenſuū, nunc
unum nūnc alterum ſpondebat, pro-
ut cum vendito conveniſſet. Vidi hîc
& obſtupui viſum deponi, & auditū,
ac quæ reliqua ſunt animæ organa.
Phantaſiam tamen frequentiſſimum
numiſma obſervavi. Erat mihi for-
tè ad manus ventilabrum, quo ſolis æ-
ſtum lenirem: Illud cum multi licita-
rent, venit qui animam offerret. Ego
quo meo uſu animam tuam (percon-
tabar) accepero. Tum ille, ſtuporem
meum admiratus, magno clamore tur-
bam convocavit, cui meam inſcitiam
oſtenderet. Didici autem vel tan-
dem, ſi quis animam emiſſet, vitam
ipſius

ipſius extendi: ſi memoriam ſuai augeri, occulta quadam transmigra tione. Me tamen id valdè turbavi quæ tanta eſſet dimittendi res ade preciosas facilitas; ut ſenſuum ali quid vel animæ perdere malis, quan re leviculacarêre. Dimiſi tamen ven tilabrum meum, neſcius an mihi ac ceſſerit aliquid, deceſſeritve. Ille qui dem bona fide ſe tradere mihi ajebat at ego me animoſiorem non ſenſi. Plu ra hîc recitanda forent valdè ridicula ſed quæ brevitatis actum excederent Itaque cum ſatis commodè arcana hujus terræ introſpexiſſem, à conductore meo eductus ſum.

48. LINGUÆ.

De lingua humana violentia, diverſitate ac malitia, unde confuſionis & temeritatis turris exſtruitur.

POſt hæc viſus mihi ſum, neſcio quem ſtridulum & ſtreperum ſonum procul exaudire, velut torrentis per opaca vallium, & ſaxorum impedimenta perrumpentis. At quò propius accedo, humanæ voci propinquius quid eſſe percipio: neque tamē patebat, quid eſſe dicerem. Riſit hîc conductor meus meam hæſitatem, & qui cominus aures tutaberis, cum eminus vix feras? Ego, qui tot mala (inquam) hactenus ſum perpeſſus, nonne & hæc ſuſtinebo? Et ille, acre eſt aliquid, ait, ac cum nulla ferri acie conferendum. Experiamur ſubjeci, & in rem ipſam veni, ſive ſacram Dodonam. Stabat in medio ſtreperi fori ſacellum

cellum minutũ, ex ære ſonoro fuſum ac in eo ara æquè tinnientis metalli, ſupra aram carneum quid duobus digitis haud majus, ſubſtantia molle, rarum, laxum, quod fortè dixiſſes, delicatum bucellum. Decumbe ait meus hîc Deus eſt. Ego mecum quis Deu hic ſit, minutus bolus, & quem uno rictu devoravero; at tũ intueor, quàm me mox temeritatis pœnituit.

Nam ex hac carnis maſſula nunc mella deſtillabant, & aurum profluebat; nunc tonitrua & fulmina vibrabantur, & armorum cuncta genera illa ejaculabatur. Vidi cum inflaretur, totaque liberet, Deum in cœlis fuiſſe provocatum, & ignominioſiſſ. habitum. Cumq; mox cõſideret, multis blanditijs iterum coronatum. Et ſtupendum planè erat audire jam modulantem, mox tumultuantem, jam fauſta hominibus promittentẽ, ac paulò poſt exitialia quæque minitantem. Qui ſacris hîc præerant, varij & moribus & aſpectu erant, ac inprimis pronun-

nunciationis & ſoni diverſitate diſtinguebantur. Cumq; ad opera eſſet cõclamatum, accurri & ego, inſolito ſpectaculo attonitus: turris enim exſtruebatur, terrenis ad Cœlites iter datura, tanta operariorum diſcurſitatione, ut formicas nõ homines) judicarim. Hic arenam ille calcem, hic ferramenta ille feneſtras, omnes magna contentione ſtructuræ quidpiam congerebant, ſub diſſona linguarum confuſione, ut non ſplenis ſatis adridendum mihi ſuperfuerit. Atqui hæc ſerò omnia peragebantur tanto abſurdiore ſpectaculo, quanto omnis hæc moles luteis fulcris innitebatur: Et jam inclinare ad occidẽtis plagam cœperat, cum illi ſecretiſſimo conſilio collecti, in adverſam partem pondera imponere decreverunt. Quis verò correctionis eventus fuerit, haud mihi liquet; niſi quod interea ab aliis recepi, in pejus omnia ruere, & de nova mole jam jam deliberari. Cum enim incruſtatione quadam principes columnæ fuiſ-

fuiſſent, Architecti cujuſdam conſilio obductæ, computriviſſe ſub involucro, & vermibus eroſas eſſe, cum certiſſimis ruinæ minis. Reliqua quæ audivi (auribus enim hîc ut plurimum vivitur) non ſunt tanti, cur vos ultra detineam: Et ſanè me conductor meus abire geſtientem non cohibuit.

49. TERRA.

De imperiorum terrenorum filo, quibus axiomatibus ducatur, & quam omnem noſtram ſagacitatem eludant.

FEcit fortuna mea, ut in terræ ipſiſſima viſcera, & æſtuum marinorum penetralia fuerim admiſſus, ut quæ in convexitate globi noſtri confuſiſſimè intuemur, hîc veluti magni alicujus automati motationum inſtrumenta contemplarer. Itàque in profundiſſimum puteum fune dimiſſus, cum finis vix tandem fieret, ad

ad horrendæ caliginis ſpecum eſt perventum. In eo, quò amplius progredimur, ex cereorum lumine paulatim luceſcit. Cum eſſem ingreſſus arcanorum delubrum, nihil omninò fuit, quod potuerim notare, niſi organi muſici repræſentatio quædam, cujus claves ſilicernium aliquod mirâ manuum agilitate targebat: Sonus verò omninò nullus exaudiebatur, vel fiſtularũ concentus, quantumvis aliũ atq; aliũ ordinem ſubinde advocaret: cumque mihi muta muſica miraculo eſſet, niſi hic inquit conductor meus, liraret, mundus non deliraret. Quæ me vox movit, ut curioſius organon contemplandum duxerim. At jam divinare nihil opus erat, cum indices fiſtularum loquerentur, & rerum humanarum rationes myſteria mihi explicarent. Recitabo itaque titulos aliquos & ſagacitati veſtræ committam. Hîc erat dejerationis decipula; Deglubete; Metuant; Oportet habere: Hunc audite: Ludamus: Sic placet: Sanguinis

nis doſis: Macta: Adigantur: Non audent: Non capiunt: ô una ſit cervix: Vos non vobis: Compelle: Ipſi viderint: E ſtercore aurum: Intereſſe: Hiſtrionum fortuna: Sum meum jus: Diſſidiorum ſemina: Vexare columbas: Sine lege: Ad terram: Exaggeratio: Reus Majeſtatis: Litium tela: Edant ut vivant: Fœmineum regimen: Præter plurima alia freni humani hieroglyphica, quæ ad ſingulos indices adſcripta erant, diſtinguendis fiſtularum varietatibus ſervientia. Sed & claves notatæ omnes erant, quas tamen non licuit pellegere, ob Organici præſentiã. Quæ tamen obiter & velut ad Nilum canes hauſi, hæc fuerunt. Per fas & nefas: Meum & tuum: Regina pecunia: Ibis foras: Benè ſperare & malè habere: Virtus poſt nummos: Veſtigia terrent: Et quædam alia, quæ jam feſtinanti non ſuccurrunt. Poſtea & tabulaturam intueri licuit, atris & croceis notulis perſcriptam: Varijs cantionũ generibus plenam, titulisq; diſtinctã.

Ubi

Ubi inter recentiores gallicas aliquot, germanicas, & belgicas notavi, minio multùm rubentes, & ſemifuſarum diſcurſationibus feſtinantes. O ſi quis mihi hîc interpres aſtitiſſet, cujus beneficio lumen tam obſcuris rebus infudiſſem. Nam id poſtea invitus audivi, hìc potuiſſe terrenorum imperiorum telas, ſtamina, & tramata omnia diſcere. Nam quod ego organum arbitrabar, Textrinum erat, qua inſolito artificio humanorum caſuum vices imperiorum mutationes, regum ſucceſſiones, ſubditorumq; onera omnia texerentur, ac id quidem ex colis, & fuſis, ac lini, lanæq; copia colligere liquiſſet, mens ſi non læva fuiſſet. Ita felicitatis meæ ignarus, dum indoctos oculos amplius circumferre liberet, monitus à conductore, ad ſupera redeundum fuit.

50. OPES

50. OPES.

De divitiarum inopia, quam ſplendid ſæviant, & cui libertatem adimerunt, duriſsimè habeant.

ANtequam plenè emergeremus Mammonis etiam carceres ſubeundi erant, qui ſubterranei clauſtris theſaurorum ciſtis imperitabat. Excubabant ad fores magnæ ferocitatis, & perpetuarum vigiliarum canes, quos præterire nemini impun licebat. Poſtquam verò ingreſſus copia haud data, ſed empta eſſet, illic obmutuerunt, & multis blanditij tranſeuntes ſunt proſecuti. Hîc ver moleſtum erat toties palſare, toties nomen dare: cum ſubindè alia atq; a lia è ferro ſolido porta iter intercluderet. Timidum equidem regnum, & ubi nec fratri frater, nec patri filius ſa fidei habet.

Cui

Cum vix tandem ad Opulentiæ Deam intromitteremur. In auro is quidem totus ſedebat, & auro undiquaq; circundabatur: at incredibili macie, & famis certiſſimis teſtimoniis totus horrebat: & credibile eſt vix unquam ſaturari, adeò rancidiſſimis rapis ſtomachum avidiſſimè infarciebat: Ac cum muſca fortè obvolitabat, quam conſpicatus, impotenti clamore proditionem inclamavit, veluti tanti animalis oſtentationi impar, & minus ſatis artis è ferro retibus incluſus. Ego verò expectabam, quod mihi tanti fulgoris & opulentiæ imperator favoris teſtimonium daret, cum ille ſervili vultu, & conquiſitis palponum voculis anxiè ſupplicabat, ſi qua re fortè poſſem ejus indigentiæ ſuccurrere. Nam & ſumptus abs ſe fieri intolerabiles, & futuri cura affligi, quòd Aſtrorum peſti quam neſcio terrę ſterilitatem minitentur. Dein facilè eſſe colligere, quid poſteritati, quid famæ, quid veterum exemplis debeatur, & quid for-

tunæ infidelitati opponendum. Ne defuturam mihi ſuam gratitudinem quam prolixa mei commendatione a amicos velit facere teſtatam. Quid a gerem? qui jam olim didici, poten tum preces imperia eſſe, & blanditia rum ſolennia verba injuriarum præ ludia: itaque diſſimulata utcunq; ne ceſſitate, bonis memet meis, & ſi qu monetæ ſupererant, ſponte exui, & re certas dubijs verbis cõmutavi. Cum que jam benevolentiam expectarem non me agnovit poſthac, nec verb dignatus eſt amplius, ſatis in me ſib beneficus viſus, quod vitam incolu mem dimitteret. Et ſic mihi peribat quicquid laborioſa peregrinatione cõ quiſitum, quicquid amicorum libera litate in me collatum. Nam & palliur auferebatur, & fidus enſis, & corpori quædam ornamenta, quæ itineris me teſtimonia atque ſpolia Patriæ ſacra rio, ſuſpendenda devoveram. Nec re linquebatur quicquam, quod laceri non aut attritum eſſet. Canes etiar

alla

allatrabant, & rerum mearum omnium facta eſt miſerabilis facies. Tuncq; peragrata errorum quarta plaga, inops & æris conſilij, & mortiſq; appetentiſſimus, per funem è piraticis cavernis attrahor, & conductorem meum inviciſſimus equidem inſequor.

51. SATHAN.

ABſoluta ergò tam inſami & miſera peregrinatione, cum ſperarem jam bona pace poſſe dimitti, & Patriæ meæ, quæ vidiſſem, expertusque eſſem, recitare, precatus ſum conductorem meum, ut me tandem mihi ac meis redderet. Ille vero, quæ vidiſti inquit, Peregrine, non alio conſilio monſtrata ſunt, niſi ut Monarchæ noſtri bis maximi imperij majeſtatem metireris, & exinde obſequij perpetui ſacramētum promptius præſtares.

Nam qui his rebus omnibus potentiſſimè imperat, haud procul hinc ab-

eſt, tantæ in ſuos facilitatis, ut in fi dem non prius invitet, quam dominij amplitudinem explicarit. Et nunc quidem, poſtquam ea tibi cuncta perſpecta ſunt, tempus eſt, ipſum caput & principem tam vaſtæ monarchiæ intuearis, eique te æviternum & obliges ac devoveas. Dum hæc dicit, in ipſiſſimis tenebris fores aheneas pulſat, & aperiri quam citiſſimè facit. Hîc animadverti, nos circa regis palatium ſemper fuiſſe, velut centrum, & ab hoc primo mobili reliqua omnia fuiſſe motata.

Non aliter enim, quam ut Circulatores filamentis varias icunculas moveri faciunt, ita hîc ferreis filis agebatur, quicquid latiſſimo imperio circumjaciebat. Cæterum cum ingreſſus eſſem, Imperator haud magna quidem pompa, ſed amabili vultu & angelica ſpecie ſeſe offerebat, multis clementiæ ſignis conſpicuus, niſi quod oculi ſcintillarent, & pedum digiti in acutos ungues deſinerent.

Ad

Ad utrumque latus aſtabant, quos ſeptem Planetas credidi. Nam Sol magno faſtu ſuperbiebat, Luna livore pallebat, Mars irâ æſtuabat, Saturnus glacie torpeſcebat, Mercurius nummos ſectabatur, Jupiter epulabatur, & Venus luxuriebatur. Qui mihi ſeptem viri haud benignum Principis ingenium augurabantur. Ille verò ſereno admodum ore, Quid videtur inſit, optime Peregrine, de regno, & Politiæ meæ ſtatu. Tum ego, non eſt meum inquam, de tanta dominij vaſtitate quicquam pronunciare, ne dum judicare. Quid verò ſubdit iterum, homagium differs, & in re tibi fortunatiſſima dubitas? Ego, quoniam infelices reſpondi, hîc vidi quam plurimos. Tunc ergò felicitatem ait, aliam ſperas, quæ ſit extra regnum meum? Neſcio, ſubieci, niſi quòd hæc nec placet, nec ſufficit, nec diuturna eſt, nec ſolida.

Ac tum quidem animadverti, vultum ejus mutari, & non nihil tenebre-

 ſcere,

ſcere, quod tamen diſſimulare mihi viſus eſt, & reliqua manebant ſatis tranquilla: Mihi tamen non arridebant hæ vultus vices, & in magnam aliquam tempeſtatem deſituras ſuſpicabar. Cæterum in me nihil iniquius decretum hîc palam eſt, niſi quod procerum alicui in aurem, neſcio quid muſſitaret: tum ad me converſus, Abi inquit adoleſcens, & reginam, meam conjugam ſaluta, quæ te plenius, quid ætatem tuam deceat, edocebit. Sic commeatu conceſſo, ad Reginam properavimus.

52. MUNDUS.

NOn fuit difficile divinare, quid Rex, Reginæ ſalutatione voluerit, ſcilicet ut opes, & theſauros, ac elegantiam ſuam omnem explicaret. Quicquid enim undiq; eſt ſplendidum ac precioſum, in hanc aulam arat congeſtum; ita, ut quicquid hactenus vidi, ſorduerit. Conſederat Regina, diademate corruſcans, cum pomo, & aurea phiala, multa oris venuſtate aſpectabilis. Circum eam fœminæ ſeptem, diverſiſſimi habitus, quas ſine interprete non agnoviſſem. Ajebant autem eſſe Fortunam, Atheiſmum, Superſtitionem, Ventrem, Opinionem, Vanitatem, & Hiſtrioniam, quibus orbis terrarum regatur, & in cunctos homines ſervitur imperium. Cum me pomi artificium invitaret, ad eum omnem oculorum aciem intendi, & emblematibus plenum reperi. Erat autem mea opinione vitreum, indeq;

pellucidum, varijsq; internis mobilitatibus admirandum. Phiala philtrum continebat, quod quisquis guſtaſſet, non poſſet non venerari Reginam. Illa, cum me obſervaſſet, primum moderatè cœpit exprobrare temeritaté, quæ me ad Regis clementiſſimi juxta ac potentiſſimi obſequium cunctaliorem redderet. Dein repetere magni imperij opus, & ſubditorum commoda, ac perpetuam felicitatem: Deniq; hanc unam eſſe rationem probabat, qua homo, homo eſſem, & ratione mea in terrena hac converſatione autè & cordatè uterer, qua rerum omnium cognitionem & poſſeſſionem obtinerem, qua ſumma libertate & quiete imperarem. Si ſecus faxim, certam eſſe inſcitiam, pauperiem, laborem, ſervitutem, obſcuritatem, infamiam, & quæ dia ſint contemptorum hujus Regni flagella, quibus hæc creaturarum univerſitas contra me unum ſit armãda, ne tam inconſiderati mei faſtus ulla in terris memoria hæreat: ſed melio-

ra

:a de me poſſe ſperari, qui & ſim ſcien-
li avidus, & famæ ſtudioſus, & jugi
mpatiens, & elegantiarum cupidus,
& corpore agilis, & ingenio curioſus,
& exercitatione indefeſſus, & naturæ
n :neribus dives, quæ omnia apud me
nterire nullius omninò rationis ſit.
Velle ergò, ut quem mihi proponet
aauſtum, obſequij poſthac, ſive amo-
is, ſi ita velim, eſſe ſymbolum, quōd
nulla unquam religionis vanafaſci-
natio deleat. Obſtupui, ſteteruntque
comæ, & vox faucibus hæſit, neq;
nabui apud me vel hominis vel rationis
reliquum, maximè cum jam ob
antillam moram frontem corrugaret,
lentibus frenderet, & palam mortem
mihi pararet. Itaq; in terarm prolapſus,
magno fletu, Deum meum,
Deum, verum, unum, atq; æternum
ſum ardentiſſimè precatus, creaturam
ſuam doceret, & tueretur, ne
mpunè tanta Majeſtatis ſummæ contumelia
contra me ſæviret, & invitum,
po-

potentiſſimo univerſi conditori atque rectori eriperet. Nec contempſit Jehova humiles preces, & me jam morti propinquum, imò verius tot errorum miſeriis immortuum eripuit, & ſolida in petra impoſitum, diſcere juſſit. Quæ ſi benignè & placitè hæc audita eſſe cognoverimus, ordine & ſimpliciter recitabimus. Nunc verò Liberatori meo gloria, regnum, & potentia æviternum eſto.

FINIS.